Expoſitio. ¶ Nũc vult deſtruere ↄñs: ꝛ ita ponit q̃ſi minorẽ. debes
ſcire ꝙ orbes ſiue circuli q̇ grece cycli dicunt̃: hñt velo
citates magnitudib⁹ ꝓportionatas: quia maior orbis in
eodẽ vel eq̃li tp̃e veloci⁹ mouet̃: ꝛ ita maior velocitas ẽ
in maiore magnitudie: ꝛ lꝫ velocitates ſint in orbib⁹ ſm
proportionem magnitudinũ: hoc non eſt in ſtellis: ita vt
ſtelle habeant in velocitatibus ꝓportionẽ/ſm ꝓportio
nem magnitudinũ orbiũ: itaq; ſtella habeat in velocita
te proportionẽ ad aliã: quã orbis ſuus habeat in magni N
tudine ad orbẽ alterius ſtelle. eſt igit̃ intẽtio ꝓbare vnã
ſtellã nõ hẽ in velocitate talẽ ꝓportionẽ ad aliã: q̃lem
ſuus orbis hꝫ ad orbem alterius. qua rõne euenit vt ipa
nõ moueat̃ neceſſario pari velocitate cũ ſuo orbe. Naꝫ
orbis ad orbẽ ſemꝑ in velocitate ꝓportioneꝫ ſeruat: nõ
autẽ ſtella ad ſtellã. Hoc ꝓponit. ꝛ ingt. Nõ eſt autẽ rõ
ni cõueniens vt velocitates ſtellaꝝ ꝛ magnitudines or
bium eãdem habeãt rõnẽ/hoc eſt nõ eſt rõni cõſonum:
vt ita ſe habeat ſtella ad ſtellaꝫ in velocitate: ſicut orbis
eius ad orbẽ alterius in magnitudine. Nam q̃uis orbes
velocitates eius ꝓportionis hẽ quã ꝛ magnitudies ha
bent/nõ ſit abſurdũ: imo neceſſariũ: vnãquãq; tñ ſtella
rũ que in his orbibus ſunt hẽ nullaten⁹ rõni ↄſentaneũ
eſt. eſt igit̃ hec ↄcluſio/nõ opꝫ vt qualis ſit ꝓportio ma
gnitudinis orbis ad magnitudinẽ orbis/talis ſit ſtelle in O
velocitate ad ſtellã. Vbi cauſa. nõ opꝫ vt q̃lis eſt propor
tio orbis Mercurij ad orbẽ Lune in magnitudie: talis
ſit ꝓportio Mercurij ad Lunã in velocitate. Et hoc ꝓ
bat/q2 tunc Mercuri⁹ qui eſt in orbe maiori erit velo
cior Luna: q̃ eſt in orbe minore: aut igit̃ eſt nãle/ꝛ neceſ
ſario vel caſuale/nõ nãle: q2 ſi fieret trãſlatio ſtellaꝝ de
orbe ad orbẽ: ita vt Mercuri⁹ ſaltaret in orbẽ Lune: et
Luna in orbẽ Mercurij: tũc Mercuri⁹ efficeret̃ tardi
or/ꝛ luna velocior. igit̃ nõ neceſſario nãliter. Ingt. Nã ſi illa
neceſſario ſit velocior: q̃ per maiorẽ orbem fert̃: ſtelle ſi
orbes ſuos mutuo cõmutabũt: alterã velociorẽ/alteram
tardioreꝫ fore ꝑſpicuũ eſt: cuius ↄ̃riuꝫ erat ante cõmuta
tionẽ orbiũ. q̃ rõne nullũ motũ habebũt ꝓprium: ſed ab
ipſis orbib⁹ ferent̃: qḋ eſt ꝓpoſitũ. debes ſcire ꝙ hec cõ
P cluſio nõ ſeq̇tur ꝑ ſe ex nũc dictis: ſed addita eſt: q2 po
Obiectio ſterius cõplebit̃. ¶ Obijcies fortaſſe caſuꝫ nõ eẽ poſſi
Solutio. bileꝫ. vꝫ ꝙ fieri poſſit orbiũ tranſpoſitio. ¶ Sol. pꝫ: or
biũ. n. trãſpoſitio ꝓ tãto eſt impoſſi/ꝓ quanto ſtella eſt
ps ſui orbis illi ↄtinua: vbi aũt ſit ps diſcõtinua/ꝛ ꝑ ſe ꝓ
priũ habeat motũ: caſus eſt imaginarius/ꝛ poſſi: q2 mo
tus vnius nõ depẽdet ex motu alteri⁹/ꝛ ſic erit poſſibile
vnũ trãſponi in aliũ: ꝛ hoc mõ valet id qḋ Ari^{les} ait.

¶ Sin aũt caſu id accidit: nõ erit ꝑfecto rõni
ↄſonũ vt in oibus orbis ſit maior/ſil' atq; la
tio ſtelle q̃ in ipſo eſt velocior. vnã enim vel
duas hoc pacto ſeſe hẽ/nõ eſt abſurdũ. oẽs
vo ſilr ſeſe hẽ figmẽto ſile eſt. Preterea ẽ
in his q̃ nã ſunt nihil fortuito euenit. Inſuꝑ
etiam id quod vbiq;/ꝛ in omnibus eſt a for Q
tuna non proficiſcitur.

¶ Hacten⁹ ꝙ non ſit nãle ſtellã in velocitate ſeſe hẽ ad Expoſitio.
ſtellã: vt orbis ad orbẽ in magnitudie ꝓbatũ eſt. Qḋ vo
nec caſuale: trib⁹ rõnib⁹ ꝓbat. p̊/q2 q̃ caſu eueniũt pau
ciorib⁹ ↄtigũt. at in illis hoc eſt in oib⁹. 2⁹/caſuale nõ eſt
in his q̃ ſunt a nã. ſtelle ꝛ orbes ſunt a nã. 3⁹/caſuale non
eſt vbiq; ꝛ ſemꝑ. at hec ſunt vbiq; ꝛ ſemꝑ. Quare non
eſt caſuale. Ex his põt hñi ꝙ nõ q̃li ꝓportiõe orbes ſeſe
hñt in magnitudinib⁹: tali ſtelle ſe habẽt in velocitate. ꝛ
tũc habebit̃ ſtellã nõ moueri pari velocitate cũ ſuo or
be: q2 tũc ſemꝑ hẽet velocitatẽ ꝓportionatã magnitudi
ni orbis. qḋ eſt nũc deſtructũ. ¶ Sꝫ ambiges/nã Ariſt. Dubitatio.
vĩ cõcedere caſum in vna vel duab⁹ ſtellis/ꝛ negat illuꝫ
in oib⁹. igr̃ ↄcedit caſuꝫ in celeſtib⁹. Solui põt vt Auer. Solutio.
inuit Ari. nõ eẽ locutũ aſſertiue/ſꝫ hypothetice. q. d. non
eſſe cõtra nãm caſus: vt in vna vel duab⁹ id eſſet.

¶ Atqui ſi orbes q̇eſcunt: ꝛ ſtelle mouẽtur:

eadem

A cadē rurſus abſurda: ⁊ ſilr erūt. Eueniet.n. eas velocius moueri: q̄ ſunt extra: ⁊ velocitates eſſe pro orbium magnitudinibus.

Expoſitio. ℭ Tertiū mēbrū erat alterū imaginādo q̄eſcere/alterū moueri: h aūt eē pōt imaginando vel orbes quieſcere: ⁊ ſtellas moueri p illos: vel q̄ orbes moueri ⁊ ſtellas q̄eſcere in eis: reprobat p̄mū.⁊ ingt. Atq ſi orbes q̄eſcant: et ſtellę moueant: eadē rurſus abſurda/⁊ ſilr erunt: eueniet eni eas ſtellas velocius moueri q̄ ſunt extra/ h eſt in exteriori orbe: vt Mercuriū veloci⁹ luna moueri: q eſt in orbe exteriori/⁊ velocitates eſſe pro orbiū magnitudinibus: q̄ ſemp Mercuri⁹ mouebit̄ in.24.horis in tanta pportione veloci⁹ luna/in quāta ei⁹ orbis eſt maior orbe lunę.


Dubi. Aui. cōmē. 46. ℭ Ambigit Auer. q̄ licȝ illud ipoſe ſequat̄ ſi orbes ⁊ ſtellę ppꝛijs motib⁹ ⁊ ſeorſum moueant̄: nō tn̄ ſeq videt̄ vbi cęlū q̄eſcit ⁊ ſtella ſola p ſe mouet̄.

B ℭ Rn̄det Auer. illud ſeq pro tāto/q̄ oēs ſtellę moueant̄ motu diurno atq in ęq̄li tpe: cū eni in ęq̄li tpe circuant: illa ſtella q̄ in maiore eſt orbe/velocius mouebit̄ ⁊ q̄ in minore tardius: q̄re velocitates pportionabunt̄. ℭ Scdo mag ad rē dubitabis: nā cauillator poſſet dicere Mercuriū ⁊ Lunā nō in diuerſis orbib⁹ moueri/ſed vnū eē cęlum oīum: in quo moueant̄ circulariter veluti piſcis in mari: vel auis in aere. ℭ Dici pōt q̄ Ariſ. ſupponit duo/p̄mū eſt/ipſos ſaltē deſcribere circulos imagīarios in.24.horis: ⁊ 2m eſt/circulū Mercurij eſſe maiorē/q̄ pȝ/q̄ mercurius mouet̄ ſupra Lunam: q̄ Luna eclipſat Mercuriū ⁊ nō ecōtra: ⁊ tūc idem ſeqtur/ac ſi eēnt veri orbes.

C ℭ Cū igit̄ neqȝ vtraqȝ neqȝ ſtellam dūtaxat moueri ſit rōni ꝯſentaneū: reſtat orbes qdē moueri/ſtellas ꝟo q̄eſcere/⁊ infixas in ipſis orbibus ferri. hoc eni mō tn̄ nullū abſurdū euenit. velociorē eni eē maioris circuli celeritatē ꝯſentaneū eſt rōni/ſi orbes circa idem centrū ſint cōſtituti: queadmodū eni in cęteris corpus maius velocius latiōe ꝑpria fertur: ſic ⁊ in orbicularibus. nā earuȝ portionum quę ab eodeȝ auferunt̄ centro/maioris orbis maior portio ē. Quare ęquali in tēpore maior orbis iure circūferetur.

Expoſitio. ℭ Ex his ꝯcludit mēbrum q̄ſitū.⁊ ingt. Cū igr̄ neqȝ vtraqȝ/neqȝ ſtellam dūtaxat moueri ſit rōni conſentaneuȝ: reſtat orbes qdem moueri: ſtellas ꝟo q̄eſcere

D ſupple a propꝛijs motib⁹/⁊ īfixas in ipſis orbib⁹ ferri. ¶ Quo ꝟo ad ꝟba attinet infixas grece eſt ἐνδεδεμένα/latine/ſiue infixas/ſiue firmatas/ſiue cōſtitutas/queqȝ non ſunt vt claui: ſed vt nodi in tabulis.



hoc eſt mēbrū q̄ſitū. deinde ꝓbat hoc p id q̄d ad ipſū nullū ſeqtur repugnās. Primo/cū veritate huius mēbri ſtat orbē maiorē vt illuȝ Mercurij celeri⁹ ferri orbe lunę ⁊ Mercuriū in ſuo orbe in eodeȝ tpe. vbi cā.in hora maiorē arcū deſcribere. Mercuri⁹ eni p motū diurnuȝ ad motū ſui orbis deſcribit in certo tpe arcū ab ortu in culmē.a.b. Luna ꝟo in eodē tpe ab ortu in culmē arcū d.c. igit̄ Mercuri⁹ veloci⁹ ſm ſui orbē fert̄, ingt. hoc.n. mō tn̄ nullū abſurdū euenit: velociorē.n.eē maioris circuli celeritatē ſiue motū conſentaneum eſt rōni: ſi orbes circa idē cētrū ſunt ꝯſtituti/q̄d ſaltē verū eſt quo ad motuȝ diurnū: de quo loqmur. ⁊ hoc ꝓbat a ſili in corporib⁹ rectis.⁊ ingt. Queadmoduȝ eni in cęteris vt in corporibus rectis veloci⁹ ꝑpria latiōe fert̄. ſup. corpore minore: ſi tpe ęquali ambo ferunt̄: ſic ⁊ in orbicularib⁹: nā earuȝ partiū ſiue portiōnū/ſiue arcuū q̄ ab eodē auferunt̄ centro/ſiue ſup eodē deſcribunt̄ cētro/maioris orbis maior portio/ſiue arc⁹ eſt vt arcus.a.b. orbis Mercurij maior eſt arcu.d.c. in orbe lunę: ſi videlȝ deſcribant̄ ſup centro m. ſm eādem lōgitudinē.vȝ ab ortu in culmen: quo motu ferri ſupponūtur eodem in tempore: ⁊ ita mot⁹ Mercurij deſcribens arcū.a.b. celerior erit motu lunę deſcribentis arcū.d.c. apponit cōcluſionem: ⁊ q̄d dicit pȝ.

F ℭ Inſup cęluȝ accidet non diuelli/⁊ pp hoc ipſum: ⁊ etiam quia declaratum eſt totum ipſum eſſe continuum.

Expoſitio. ℭ Scdo oſtēdit nō ſequi 2m ipoſe.⁊ ingt. Inſup cęlū accidet non diuelli vt in illo mēbro accidebat/⁊ pp h ipſū q̄d nunc diximus.vȝ. q̄ ſtella mouetur ad motuȝ orbis: ⁊ etiā q̄ declaratū eſt/totum ipm cęlū eſſe continuum.

Dubitatio. ℭ Forſitan dices Ari[co] ipoſe ſeq q̄n ſtella moueret̄ p profundū cęli: ſed q̄n mouet̄ per ſupficiē q̄ aial mouetur per ſupficiē terrę/⁊ nō diuellit terrā. Sȝ bn̄ talpa q̄ ſub terra ſertur: terrā diuellit.


Solutio. ℭ Dici pōt Ari[cum] ſuppoſuiſſe ſtellam moueri p ꝓfundū: nā ſi moueret̄ in ſupficie inter orbē ⁊ orbē relinq̄ret poſt ſe vacuum.

ℭ Pręterea cum ſtellę ipſę rotūdę ſint: quēadmodum ⁊ cęteri ſentiunt: ⁊ nos qui ex illo corpore in quo ſunt/illas facimus/conuenienter cōcedimus. rotūdi quoqȝ ipſius duo ſint per ſe motus/rotatio ⁊ cōuerſio: ſi ſtellę per ſe mouebuntur: altera harum motionum mouebuntur.

G

Expoſitio. ℭ Prima rō ſumpta erat p cōparationē ſtellaruȝ ad orbes: h ſumit̄ ex pte fig̃ ſtellarū: ſupponit aūt duo. p̄mū eſt/oēs ſtellas eē rotūdas/q̄d ꝓbat: Tuȝ auctoritate cęterorū: Tuȝ p ea q̄ dixit. dixit.n. ſtellas eē de nā cęli. igitur erūt de fig̃ cęli: q̄cūqȝ.n. ꝯueniūt in nāꝫ in fig̃ ⁊ accitibus eētialib⁹ ꝯuenire vident̄. ingt. Cū ſtellę ipę rotundę ſint: queadmodū ⁊ cęteri ſentiūt: ⁊ nos dicim⁹ ꝯuenienter ad dicta nr̄a q ſtellas facim⁹ ex nā eius corpis in q̄ eſt. hęc eſt p̄ma ſuppō: q̄ eſt legēda cū nota ſuſpēſiōis. Secūda eſt/vnūquodqȝ rotūdū. vbi cauſa. lunaȝ poſſe itelligi moueri duob⁹ modis/aut rotatiōe/aut ꝯuiſiōe: rotaret enim luna ſi a cētro terrę p cētruȝ lunę vſqȝ ad cōuexum vltimū octaui cęli traheret̄ vna axis perpendiculariter q̄ ſit.a.b.⁊ circa hāc axem ſuper illos polos ppetuo volueret̄ veluti rota molēdini circa cētrum propꝛiū.

H



Cōuerteret̄ aūt ſi ſuper nos circa centruȝ.m. volueretur ab ipſo.c.in.d. redeūdo in.c. ad modum quo veges vel rota carri circūuoluitur. hęc eſt ſecunda ſuppoſitio. Deinde

I ponit conſequens ſi inquaꝫ ita eſt vt ſtellę per ſe moue-
antur:ex quo ſunt rotundę/altera harūꝫ motionū moue-
Dubitatio. bunt.℄ Sꝫ occurres/nā veges ꝑt moueri defluēdo:⁊ ꝑ
conuerſionem.igit̄ poteſt adhuc intelligi ſtella moueri
Solutio. defluendo:cuius nihil meminit Ariſt̄°.℄ Dici poteſt ta-
lem defluxionis motū eē rectū/at rotūdis ꝑ ſe nō cōpe-
tit motus rectus:maxime his rotūdis/quę ſunt alterius
naturę ab elātis/⁊ elātaꝫ ſcꝫ rebus:ꝓpea Ariſt.omiſit.

℄ At neutra moueri vident̄. Nā ſi rotabūt:
in eodē profecto manebūt/⁊ locū non mu-
tabunt: videntur autem locuꝫ mutare: vt ēt
omnes dicunt.

Expoſitio ℄ Facta diuiſiōe oſtēdit illas nō moueri motu rotatio-
nis:nā q̄cūq; motu rotatiōis mouent̄:manent in eodeꝫ
K ſitu/⁊ locū ſm ſubtū nō mutāt:veluti de rota molendi-
ni dcm eſt.at ſtellę vident̄ locū mutare cū diſcurrāt ab
ortu in occaſuꝫ:vt etiā alij oēs ꝯcedunt. Jngt. At neutra
motiōe moueri vident̄:ꝓ ꝙ nō rotatiōe:nā rotabunt in
eodē ꝓfecto ſitu reſpectu poloꝝ ⁊ cētri mūdi manebūt/
⁊ locū nō mutabūt ſm mām.at vident̄ locū mutare vt
diſcurrere ab ortu in occaſuꝫ vt ēt oēs alij dicūt.igr̄ ſtel-
Cauillus lę nō mouent̄ motu rotatiōis.℄ Fortaſſe cauillabis aſ-
Solutio. ſerens illas rotari cū aliqua defluxione verſus occaſuꝫ:
hoc ꝓfecto ablatū eſt:nā defluxus competit his q̄ recto
motu mouent̄:quatenus cęleſtia moueri nō pñt.

℄ Jnſuper etiā oēs q̄dē ꝯſentaneum eſt rōni
eodē motu rotare.at ſol ſtellaꝝ ſolus hoc fa-
cere vr̄/cū exorit̄/atq; occidit. Et hic nō per
ſe:ꝫ ob diſtātiā a nr̄o viſu. viſus.n.lōge ſeſe
L extēdēs ob imbecillitatē vacillat:q q̄dē for-
ſitā cā eſt/vt ēt ſtellę fixę micare videant̄. va-
gę ꝟo nō micare. Uagę nāq; ſtellę q̄a ꝓpe
ſunt:viſus ſui cōpos ad ipſas ꝑtingit. Ad fi-
xas ꝟo lōge valde diffuſus vibrat. Tremor
aūt ipſi⁹ facit vt hęc vibratio/ſtellę ipſi⁹ vi-
deat̄. Naꝫ differt nihil viſus an res quę cer-
nitur vacillet.

Expoſitio. ℄ 2° idē vł ꝑſuadere ꝑ locū a maiori ad minus. Nam ſi
ſtellę rotarēt:maxīe ſol rotaret. Declat̄:q̄a ſol ſtellaruꝫ
ſolus h̄ facere vł cū exorit̄ atq; occidit.at ſol non rotat.
q̄a hic nō ꝑ ſe appet rotare:ꝫ ob diſtātiaꝫ a nr̄o viſu.de-
claratur.nā viſus lōge ſeſe extēdēs ⁊ ꝓfuſus ob ībecillita-
tē quā in conatu ꝯſeq̄tur vacillat:hui⁹ ſignū eſt/q̄a idem
viſus forſitā cā eſt vt ēt ſtellę fixę micare vident̄. vagę
M ꝟo nō micare. vagę nāq; ſtellę q̄a ꝓpe ſunt/viſus potēs
⁊ ſui ꝯpos ad ipſas ꝑtigit. Ad fixas ꝟo lōge valde diffu-
ſus vibrat.q̄ vibratio viſus appet eē ſtellę.nam q̄d ad vi-
brationē dīt nihil viſus an res q̄ cernit̄ vacillet. Sic igr̄
appet ſolē ipm nō rotare:⁊ tn̄ maxīe rotare vł.igit̄ nul-
Dubi.Aui. la ſtella rotat.h̄ Ariſt̄°.℄ Dubitat Aucrro.q̄a nō vł ſol
cōmē.45. ſcintillare ob diſtātiā:nā ſol ꝓpior ē Joue:⁊ maior.⁊ Ju-
piter nō ſcītillat.igit̄ nec ſol ob diſtātiā ſcītillare debet.
Sol.Auer. ℄ Rn̄det Auer.⁊ ꝯcedit ſolē nō ſcītillare ob diſtātiam
vt rō cogit. Sꝫ ob lucis po^{am}/⁊ excellētiā:ſignū hui⁹ eſt/
quia in ortu ⁊ culmine ſcintillat atq; occaſu. Jn meridie
nāq; ſolū ob lucis exceſſuꝫ ſcintillat. Jn ortu ꝟo rotare
vł ⁊ ſcintillare ob lucis exceſſuꝫ/⁊ medij craſſitudinem:
atq; turbulētiā:eſt.n.tūc aer vaporib⁹ plenus:q in nocte
exhalauerūt:atq; iſpiſſati erāt:⁊ ſic ꝯcedit ipſe rationeꝫ.
Cōfutatio ℄ Sꝫ h̄ ſolū eſt de directo ꝯ textū.ait.n.Ariſt.ſolē ſcin-
Sol.Alex. tillare ob diſtātiā.℄ Alex.ait ſolē vibrare ſine timbare

in ortu ꝑꝑ apparētiā duoꝝ motuū:q tūc videt̄.℄ Nec N
h̄ ſolū eſt ad textū:nec vera in ſe:vt oīb⁹ credo eē notuꝫ. Qualē ſola.
℄ Dōm igit̄ ad talē ſolis timbationē concurrere medij Alexādri.
craſſitudineꝫ/vt in ortu/⁊ humidi in oculo exītis ob lu- Ꝓpa ſol.
cis ꝑſtātiā eliq̄tionē/ſiue reſolōnē/⁊ inordinatū motum
ſpirituū.ꝓn̄ ꝯcurrit diſtātia ⁊ lucis ꝑſtātia. Et tunc dico
Ariſ.accepiſſe diſtātiā ꝑ cā:q̄a lucis ꝑſtātiā eē cāꝫ nemo
dubitat. Ad illō de Joue/dico ꝙ nō ſunt cętera paria:q̄a
tāta diſtātia ſolis a nr̄is oculis cum tāta lucis excellētia
ſufficit eliq̄ſcē humidū oculi/⁊ facē inordīatū motuꝫ ſpiri-
tuū.at tāta Jouis diſtātia cū tāta luce nō ſufficit. Et hoc
Auer.ignrauit.℄ Ampli⁹.dubitat̄/q̄a Mercuri⁹ ē ꝓpe/⁊ 2ª dubita°
pucę lucis:⁊ tn̄ ſcintillat:ꝓꝑ qd̄ gręce ſtilbon a micatu ap-
pellat̄/vt dīc Simpli.℄ Dici pōt h̄ ſibi accidē a vicini- Solutio.
tate quā cū ſole hꝫ:ipe.n.ſꝑ an̄ ſolē exorit̄ vł occidit non
elōgat⁹ plus vno ſigno:⁊ ſic vł ſꝑ ꝓpe diē vł in nocte ꝑn̄:
cū adhuc dies ēt ide id euenire ꝑt accedēte ad h̄ ēt eius O
puitate. Nā tāta diſtātia quanta ē Mercurij ad oculos
nr̄os/cū tāta ei⁹ puitate ſufficiēs ē ad ſcītillatū mercurij.

℄ Atq nec cōuerti ſtellas perſpicuum eſt.id
eni qd̄ ꝯuertit̄: voluit̄.at id lunę qd̄ facies
appellat̄:ſemꝑ ſpectat̄. Quare cuꝫ ea q̄ ꝑ ſe
mouent̄/ꝓprijs motib⁹ ꝑ ſe moueri ęquum
ſit:his autem moueri non videntur:perſpi-
cuum eſt ipſas per ſe nō moueri.

℄ Docten⁹ ꝙ ſtellę nō mouēt̄ motu rotatiōis/nūc ꝙ nō Expoſitio.
mouent̄ motu ꝯuerſiōis/ꝓponit/⁊ ſyllogiꝫat ſic/q̄cūq;
mouent̄ motu ꝯuerſiōis/voluunt̄. Sꝫ ſtellę nō volui-
tur/vt pꝫ in luna:q̄ nō voluit̄.ꝓpea q̄a ſꝑ ei⁹ facies nobis P
appet. Hoc ēt ꝯfirmari pōt/ꝓpea q̄a veges q̄ voluitur/
aliq̄ mō recto motu mouet̄/ſi debeat locuꝫ mutare ſm
māṁ ⁊ ſubꝫ.at ſtellę nō mouent̄ motu recto/vt diximus.
ꝓpea epilogādo ſyllogiꝫat dicēs.q̄re cū ea q̄ ꝑ ſe mouē-
tur/ꝓprijs motib⁹ ꝑ ſe moueri ęquū ſit.his aūt ꝓprijs
motib⁹ ſtellę moueri nō vr̄:ꝑſpicuū ē ipas ꝑ ſe n̄ mo^{ri}.

Digredit̄ ꝟo Auer.in cōmen.ꝓ de macula:q̄ Quę Auer.
ſit ⁊ rn̄det maculā illā appere cōmē.49.
ob ꝑtiū lunaris corꝑis difformitatē:eſt eni de luna quē- De macu-
admodū de ipa terra putādū. Nā vt terra ē in ꝑtib⁹ dif- la lunę.
formis:rarior q̄dē in aliq̄ pte/dēſior in alia:ita luna in ꝑ-
te eſt peruia ⁊ trāſparēs/in pte opaca:qua q̄deꝫ e ꝑtium
difformitate reſultat illa quā faciē dicūt.lumē enim ex
ipſo ſole ſuſceptū non vniformiter penetrat/ꝓꝑ ꝑtiū ia-
nę differentiam:perſuadet Auerroes hoc pmo/quia in
ſtellis ſiue cęleſtibus ſunt extrema.videlꝫ peruiū/⁊ opa-
cuꝫ:ꝑuiū eſt ꝑs orbis nō ſtellata:opacum ꝟo eſt ea lunę
pars q̄ nō eſt penetrabilis.igr̄ opꝫ eſſe mediū:⁊ h̄ eſt ꝑs
maculoſa lunę.℄ Scōo idē ꝓbat auctoritate Ariſ.q lu-
nā cōparat terrę.q̄a vt terra ab igne illuminat̄/ſic luna a Q
ſole:⁊ vt terra difformitate ꝑtiū difformiter illuminat̄/ſic
luna.q̄ ꝟo ꝑtes clariores/q̄ obſcuriores videantur:ꝓba-
bile eſt rn̄dere tuo mō:vel vt Albertilla ſatiſfac.℄ Sꝫ
nūc occurres quonā mō luna lumē e ſole ipſo mutuetur
ipmq; quonā mō nobis emittat.℄ Rn̄det Auer.lumē
poſſe recipi ⁊ emitti ſm fractionē/ſiue reflexionē/⁊ ſm
penetrationē. Scōm reflexionē q̄dē recipit̄ veluti i ſpe-
culo calibeaceo:ſm penetrationē ꝟo vt ſi lumē ꝑ ſingu-
lā ꝓfundi ꝑtē penetrauerit. Tenet igit̄ Auer.lunaꝫ reci-
pere lumē ꝑ penetrationē/⁊ nō ꝑ reflexionē.ꝓ auctorita-
te Auēpacis i trac.ſuo de re hac.2° q̄a ſi ꝑ reflexionē re-
ciperet̄:nō fieret illuminatio vł is toti⁹ noſtri hemiſphęrij.
Sꝫ tanti dūtaxat ſpatij:quanta eēt lunę magnitudo vt
in ſpeculo calibeaceo videri pōt:qd̄ q̄dē tāmꝫ ꝑciſe illu-

A minat quātū eſt. Tertio/ q2 in diminutionibus ſuis cum
ipſa eēt nō mitteret lumē ad terrā: veluti cū eēt cornicu
laris. ¶ Sʒ forte ꝯ Auer. ſac/ q2 ſi lumē reciperet ꝑ pene
tratione ſꝑ apperet plena: nā ſꝑ lumen oēs lunę ptes il
luſtraret: vez ſume tps ad ꝯſulẽdū h̄ de luminis receptiõe.
¶ De macula ēt narrat Auer. alias põnes. pª eſt/ macu
lā illā ꝓuenire ob iterpōnē cuiuſdā corpis: qđ inter nos
interponit̄ ⁊ lunā: ꝓhibēs nos videre totalē lunę clarita
tē. ¶ Cōtra obycit: q2 nō vbiqȝ eodē mō appereret: nō. n.
eodē mō corpꝰ illō in oī terrę regiōe iterpoſitū videre
tur. veluti eclipſis ſolis nō eſt vbiqȝ eadē: lʒ ſit ob inter
pōnē lunę. ¶ 2ª pō eſt/ maculā illā eē vmbrā ſiue ſiliu
dinē mōtiū vel q̄rūdā mariū ceu in ſpeculo appet ſpēs.
¶ Obycit aūt Auer. ꝑ idē/ q2 tūc nō oibꝰ habitantibus
vbiqȝ appereret eadē: vel forſitā nō eſt remotū dicere lu
nę ptes eē diuerſas veluti ſūt ptes terrę: quaꝝ alię ſunt
B valloſę/ alię mōtuoſę: ex q̄rū dīa effici pōt facies illa lu
nę/ nec eſt rōni diſſonū: nā luna eſt corpꝰ īperfecte ſphę
ricū cū ſit maxie ab vltimo cęlo elongatū: vt ſupra dixit
Ariſ. Tu xo in h̄ nō dedigneris ꝯſiderare. ¶ Sed q̄rit
Alexā. ꝓp qđ fuit illa ꝑtiū dīa in luna merito cuiꝰ macu
la appereret. ¶ Rńdet (vt mihi vi) ꝙ illa q̄ ſūt in iferio
ribꝰ diſperſa/ in ſupiorībꝰ ſunt vnita: ⁊ q̄ in ſupiori natu
ra vnita: in īferiorībꝰ diſperſa. luna igit̄ ex ea ꝑte: q2 eſt
ſup elm̄tis: meruit lumē vnitū: q2 xo eſt īfima ſtellaruʒ
meruit illō aliq̄ ex ꝑte diſperſuʒ. Hinc fuit neceſſarium ꝑtes
nō eē ꝯſilr̄ diſpoſitas. fortaſſe dōʒ ꝙ ſicut nulla eſt q̄rē
da cā q̄re terra eſt diffor̄mis: niſi q2 terra: ſic ipſius lunę
nulla eſt cā q̄re eſt diffor̄mis/ niſi q2 luna. h̄ de macula.
An ſtellę dint ſpē. ꝑō Auic. ¶ 2ᵒ diſputādū ē/ an orbes oēs ſint eiuſdē ſpēi. ¶ Rń
det Auicē. vt narrat Auer. ſtellas differre ſpē veluti ⁊ or
bes differūt: ⁊ tūc vult Ariſ. fuiſſe locutū exēplariter: nō
C enī vult dīc ꝙ q2 luna non mouet̄. igit̄ nulla mouet̄: vt
hoc ſit ꝑ tāto q2 oēs ſūt eiuſdē ſpēi. Nā h̄ eſt loco exem
pli nō demrōnis: ⁊ ꝓpea ꝯcedit Auicē. ſtellas ſiue orbes
eē eiuſdē gn̄is/ ⁊ differre ſpē. ꝑſuadet hoc pᵒ/ q2 motꝰ diffe
rūt ſpē. igit̄ ⁊ orbes. ařs pʒ/ q2 motꝰ diurnꝰ/ ⁊ motus ꝓ
prius vagaꝝ ſtellarū differūt ſpē: ſunt enī a terminis ꝯ
rijs in cōtrarios terminos ſupra diuerſos polos. Scđo/
quia centra orbiuʒ differunt ſpecie/ maxime ſi ſint eccē
Obiectiones Auer. ꝯtra Auicennā. trici ⁊ epicicli. Hęc eſt poſitio Auicēnę. ¶ Obycit autē
huic Auer. ſic/ ſi orbes eſſent ſpecie differentes ⁊ genere
cōuenientes: eſſent cōpoſiti ex mā ⁊ forma: ⁊ ſi compo
ſiti ex materia ⁊ forma. igit̄ gn̄abiles ⁊ corruptibiles: ⁊
ſi generabiles ⁊ corruptibiles. igit̄ eēt aliquod corpus
Declarō nā Auer. ꝑ iuniores. cęlo prius: ⁊ ita orbes nō eſſent p̄ma corpora. ¶ Iunio
res deducūt primā cōſequentiam per hoc/ q2 quęcunqȝ
ſunt in genere ſunt cōtraria: ⁊ oia contraria cōponuntur
ex mā ⁊ forma. Tertiā ꝯſequentiaʒ declarat: q2 ois re
Confutatio D ſolutio eſt ad corpus: ⁊ ita ante cęlū eēt corpus. ¶ Sed
hęc friuola ſunt: p̄ma enī deductio nulla eſt: q2 ſic oē ha
bens cōtrariū componeret̄ ex materia ⁊ forma: qđ non
eſt verum/ niſi in ſubſtātia: albedo enī ⁊ nigredo cōtra
rię ſunt: ⁊ tamē nulla illarū ex materia ⁊ forma cōponi
tur. Pręterea. falſum eē q̄cunqȝ ſunt in genere eē cōtra
ria: nam ſpēs numeroꝝ ſunt in genere ⁊ nō ſunt contra
Propõ deductio. rię. ¶ Secūda deductio friuola etiā eſt: nō enī oē qđ re
ſoluit̄ reſoluit̄ in corpus: nō enī elm̄tum in corpus reſol
uit̄: ſed in primā mām. ꝓpterea aliter deduci pōt: p̄mo
q̄dem/ q2 generaliſſimū apud Auer. in paraphraſe Por
phyrij p̄ńti ſubſtātię eſt corpus generabile: ⁊ ita ſequit̄/
ſi orbes ſint eiuſdem generis ſubſtātię: oēs erūt corpora
Alia ſolu? generabilia. Sʒ iſtud eſt petere. ¶ Propterea ſolemꝰ
dicere Auer. ſuppoſuiſſe differentiā ſumi ab actualitate
formę/ genus ab ipſiꝰ materię potētialitate, ꝓpea ſequit̄

omne ꝑ ſe in genere eē cōpoſitū ex mā ⁊ forma. nec ob B
ſtat id qđ de nigredine dicit̄: quę eſt in genere: ⁊ tamē nō
componit̄ ex mā ⁊ forma. Naʒ nigrū eſt in genere/ ⁊ nō
nigredo vt Ariſt. in topicis ait. Tertia ꝯſequentia dedu
ci pōt. p̄mo/ q2 generatio vniꝰ corporis eſt corruptio al
terius corporis prioris. q̄re ſi orbes fuerūt geniti: aliqđ
corpus p̄us fuit. Scđo/ q2 oē qđ gn̄atur/ extrahit̄ de po
mā̄ę virtute agētis corporei: oē enī extrahēs eſt corpus
Solutõnes Auicenę. 7. meta. cō. 31. ¶ Tūc Auer. rńdet ad rōnes Auicen. ad
p̄mā rńdet cęlū eē veluti vnū aial/ cuiꝰ p̄mꝰ motꝰ ē diur
nus. Motꝰ xo ecōtra eſt nō p̄mus. Sʒ veluti motꝰ mē
broꝝ. In vno enī aiali vnꝰ eſt p̄mus motꝰ: p̄ńt tñ plꝫes
eē nō primi vt qui a dextris ſit in ſiniſtrum: vel ꝯ̄. Sic
igit̄ ea mobilia differunt ſpecie: quoꝝ motus p̄mi diffe
runt ſpecie. at motus primus oium orbium eſt vnus vʒ
diurnus: cęteri ſunt per accidēs: abſolute enī negādū eſt
differētiā motuū facere differētiā ſpecificā. nam in vno F
aiali nūero poſſunt eē diuerſi motꝰ ſpē: vt dici: quorum
vnus eſt a dextris in ſiniſtrū: alius ecōtra. ¶ Ad 2ᵐ rń
det oēs orbes eſſe ꝯcentricos: nā apparentię ſaluari pńt
per motū lenbab: vt ſupra fuit dcm̄. ¶ Sʒ tūc dubita
res nā ſi orbes ſunt eiuſdeʒ ſpēi: erūt tūc indiuidua ꝯte
ta ſub eadē ſpecie. ¶ Reſpōdet ꝙ ſunt eiuſdē ſpēi ſꝫm
prius ⁊ poſteriꝰ: vbi debes ſcire ꝙ aliqua eē eiuſdē ſpēi
eſt duplr̄ reductione ad vnā primā eſſentiā ordine quo
daʒ. ⁊ hoc mō oīa mēbra aialis ſunt eiuſdem ſpēi: q2 oia
reducūtur ad vnā eſſentiā alę. ⁊ ad vnā eſſentiam primi
mēbri/ puta ad cor: ordine tñ quodā ſꝫm perfectius ⁊ im
perfectius/ nobile ⁊ ignobile: ⁊ hoc modo oēs orbes ſunt
vniꝰ ſpēi: reducunt̄. n. oēs ad vnā pᵐᵃᵐ eēntiā. vʒ deuʒ/ q ē
aia p̄ma ⁊ cōis oibus/ ⁊ ad vnū primum mēbruʒ. vʒ ad
orbem ſtellaꝝ fixaꝝ ordine quodā ſꝫm perfectius ⁊ im
perfectius/ nobile ⁊ ignobile. Alio mō aliqua dicunt̄ eē
eiuſdem ſpēi participatione eiuſdē rōnis ⁊ definitionis: G
quo mō Socrates ⁊ Plato, ⁊ vlr̄ idiuidua eiuſdem ſpēi
p̄dicabilis de ipſis vniuoce ſunt eiuſdeʒ ſpēi. ⁊ h̄ mō or
bes nō ſunt eiuſdē ſpēi. Nā nā cuiuſlibet idiuidui coꝝ
eſt alia a nā alterius aliquo mō/ ⁊ naturę q̄ mouēt ea ſūt
ꝯuenientes eiuſmodi ꝯueniētia ⁊ differētes hꝫ differen
tia. ¶ Sʒ ꝯ hāc Auer. pōnē multiplr̄ pōt obyci. pᵒ/ quia
Obiectiões ꝯ Auer. tunc motus vagarū nō eſſet per ſe p̄mus vagarū ſtella
rū/ hoc eſt falſuʒ: q2 eſt a per ſe aia ⁊ a ꝑ ſe corpore illaꝝ:
eſt etiā per ſe intētus ⁊ neceſſarius gn̄ationi veluti etiaʒ
motus diurnus. ¶ Scđo/ ſi iter ſe orbes nō dīnt ſpecie
⁊ conueniunt ſpecie ⁊ gn̄e. igit̄ redit in pōnem Auicē. ꝙ
erunt cōpoſiti ex mā ⁊ forma. ¶ Tertio/ in ęternis non
eſt plus vno idiuiduo in ſpē. p̄mo huius. cō. 90. vn̄ Auer.
in lib. deſtruᵒ deſtruᵐ. diſputa. p̄ma/ in ſolone dubij. 11. i
quit orbes nō ſunt vnū in ſpē/ multi in nūero, imo multi
in ſpē: q̄uis non inuenia\t̄ de illa ſpē niſi vnū idiuiduuʒ. H
¶ Quarto/ plus differt ſtella vnius orbis a ſtella alte
rius orbis q̄ʒ ſtella eiuſdem orbis a ſtella eiuſdeʒ orbis/
vel q̄ʒ pars ſtellata a nō ſtellata. Sed ſtella vnius orbis
a ſtella eiuſdē differt virtute ⁊ nūero, igit̄ ſtellę diuerſo
rū orbiū differunt ſpecie. ¶ Quinto/ motores differunt
ſpecie ſꝫm oēs. igit̄ ⁊ orbes. ¶ Sexto/ ſtellę dīnt in acci
dentibus ꝓprijs vt aſtrologi dicūt. igit̄ ſpē. ¶ Septio/
ſi orbes dīnt ſicͭ mēbra: tūc nō erūt vel nō opʒ eē eiuſdē
figurę veluti nō opʒ oia mēbra aialis eſſe eiuſdē figurę.
¶ Octauo/ tūc rō Ari. nulla: nō enī opʒ ea q̄ dīnt vt mē
bra moueri vno motu: alio enī motu mouet̄ cor: alio ce
rebrū. ¶ Nono/ Ari. i li. ð ꝓpetatibꝰ elm̄toꝝ expſſe ait ſo
lē ſpē differre ab alijs ſtellis. ð hac qōne nō ē dubᵐ q̄ ad
ſtellas eiuſdē orbis: oēs. n. ſunt eiuſdem ſpēi cū orbe nō
dīntes niſi ſꝫm mag ⁊ minꝰ vt fuit dcm̄. ¶ Sʒ ē dubō q̄

I ſtellis diuerſoꝝ orbiũ an ſpẽ dĩam: hñt enĩ mot⁹ diuer-
ſos maxie ſm aſtrologos ponẽtes eccẽtricos/⁊ ſm Ari.
ponẽtẽ eos fieri ſup polos diuerſos: ⁊ motores ſpẽ diffe-
rẽtes. ⁊ igit̃ orbes dĩnt ſpẽ. ¶ Hec q̃ nõ eſt leuis. acce-
dit ad h̃ auctoritas Ptolemei/q̃ virtutes ſpecifice dĩn-
tes tribuit ſtellis/⁊ ſex⁹ diuerſos/⁊ ꝯditiones diuerſas/⁊
lumina ſiue luces diuerſas: ⁊ tẽperatiões ſiue cõplões
Põ ꝑpa. diuerſas. q̃ res nõ eſt leuis determinatiõis. ¶ Ad ſolo-
nis igit̃ euidẽtiã debes ſcire. p̃ᵐ q̃ gen⁹/ſpẽs/⁊ idiuiduũ/
pñt ſumi p̃dicaliter ⁊ trãſcẽdẽter. Predicamẽtalr enĩ q̃-
cũq; in gñe/ſpẽ/vel idiuiduo ſunt: corruptibilia ſũt ⁊ cõ
poſita ex mã ⁊ for⁹ mediate vel imediate: aut fũdata in
cõpoſitis ex mã ⁊ for⁹: ea enĩ oĩa q̃ ſunt in gñe ſubẽ ſũt ꝑ
ſe cõpoſita ex mã ⁊ for⁹: at cetera alioꝝ geneꝝ ſũt funda
ta in cõpoſitis ex mã ⁊ for⁹. hui⁹ autẽ cã eſt q̃a genus eſt
ſumptũ a potẽtiali: hoc aũt potẽtiale eſt tãdẽ ꝑꝑ mãz. dif
K ferẽtia ṽo ab actuali: ⁊ oẽ actuale eſt for⁹. ꝓpea in accñti-
bus albũ eſt in gñe: nõ albedo: albũ ſ; nõ corp⁹ albũ ꝑꝑ
multiplicẽ ſigñũ. q̃a albũ eſt q̃d cõponit̃ ex gñe ⁊ dĩa: ex
potẽtiali ⁊ actuali ⁊ nõ albedo. vbi aũt dĩ albedinẽ eẽ in
gñe: itellige vt dĩ aiaz eẽ in gñe. trãſcẽdẽter ṽo eſſe põt
aliquod gen⁹ cõe ſm aliquã rõnẽ: ſilr ſpẽs ſil idiuiduũ.
quali rõne dicim⁹ in eternis vnũ idiuiduũ eẽ tñ in ſpẽ:
ibi enĩ gen⁹ ⁊ ſpẽs equiuoce/h̃ eſt trãſcẽdẽter dñr: iuxta il
lud Auer. 10. meta. ⁊ in lib. de ſubã orbis. eternis ⁊ corru
ptibilib⁹ nihil eſt cõe vniuocũ. ¶ 2⁹ debes ſcire q̃ aliq̃
eẽ diuerſa ſpẽ/ſiue p̃dicalr/ſiue trãſcẽdẽter duplr ẽ. To-
taliter ⁊ partialr: totalr q̃dẽ: vt hõ ⁊ equus: h̃ n. dĩnt ſpẽ
totalr: q̃a dĩnt ſpẽ: ⁊ nulli⁹ toti⁹ ſũt ptes: nec reducuntur
ad aliq̃d vnũ p̃ᵐ: rõne cui⁹ pñt capere aliquã ꝯueniẽtiã:
partialr ṽo ⁊ nõ totalr dĩnt ſpẽ mẽbra vni⁹ aialis: vt ce-
L rebrũ/iecur/ſien/⁊ cetera id gen⁹. q̃a ſunt ptes cõplõne: ⁊
fortaſſe for⁹/⁊ iſtrũm/⁊ opatiõe dĩntes. nõ autẽ totalr: q̃a
reducunt̃ oẽs ad vnũ mẽbrũ ſm p̃us ⁊ poſteri⁹/ad vnã
formã/atq; ad vnã p̃ncipalẽ opationẽ: reducunt̃ eniz ad
cor: ad aiaz: q̃ cordis p̃/ecide ceteroꝝ eſt for⁹: ⁊ ad vnam
p̃ncipalẽ opõnẽ: q̃ eſt hoīs ꝑꝑ q̃uã oẽs ille ptes itẽdũt:
ob quã ſunt: ⁊ ad cui⁹ ſeruitiũ ſunt ꝯſtitute. ꝓpea l; p̃ialr
ſpẽ dĩnt: nõ totalr: imo fortaſſe cõueniũt in vno numero
totalr: ⁊ differunt inter ſe partialr: maxie ſi tenet̃ animã
eſſe vnicã oĩb⁹/⁊ totã in vniuerſo aiali: ⁊ totaz in q̃l; aia-
Põ Auer. ⁊ ꝑpria. lis mẽbro. ¶ His viſis dico p̃mo de mente Auerrois ⁊
Ari^lis orbes ſiue ſtellas/nec differre ſpẽ/nec gñe/nec nu-
mero/nec ꝯuenire gñe nec ſpecie/nec nũero: loquẽdo de
ſpẽ/gñe/⁊ indiuiduo p̃dicamẽtalib⁹. q̃a in eternis nõ eſt
genus/nec ſpẽs/nec idiuiduũ/nec penitus quicq̃ cõmu-
ne vniuoce cũ rebus ſublunarib⁹. ¶ Ex h̃ appet diffe-
rẽtia Auerrois ab Auicẽna. Auicẽna enĩ voluit orbes eẽ
indiuidua ſpecie dĩa: ⁊ gñe ꝯueniẽtia p̃dicamẽtalr: ⁊ cõ-
M tra ipſum valent rõnes Auerrois. erũt enim cõpoſiti ex
mã ⁊ forma: ⁊ generabiles ⁊ corruptibiles: ⁊ ita aliquod
corpus erit illos p̃cedens. ⁊ hui⁹ rõ eſt q̃a omne q̃d eſt in
genere/ſpẽ/vel indiuiduo p̃dicalr: eſt compoſitũ ex mã ⁊
forma: vel fundatuz in cõpoſito ex mã ⁊ for⁹. ¶ 2⁹ dico
q̃ loquendo de genere/⁊ ſpẽ/⁊ indiuiduo/ tranſcenden-
ter: eo videl; modo quo in eternis eẽ poſſunt orbes ſiue
ſtelle diuerſoꝝ orbiũ: partialiter q̃dem ſpecie differunt.
Totalr ṽo nõ: declaratur/q̃a celum totũ eſt vnum aial
magnũ veluti hõ paruũ. cuius membra ſunt orbes ſiue
ſtelle. vt igit̃ in hoīe membra differunt ſpecie partialr/
ꝓpter dĩam cõplexionum/⁊ opationũ/⁊ partialiũ for-
marum. ſic orbes ⁊ ſtelle differũt partialr complõne/vt
declarat Ptolemeus/opationib⁹: q̃a vnũquodq; illorũ
proprio ⁊ peculiari motu mouet̃. atq; formis: q̃a quilib;
orbis a ꝓpria forma perficit̃/atq; in ſpecie reponit̃. Et

vt omnes hoīs partes reducũtur ad vnuz primũ mem- N
brum/ad vnã primã operationẽ/atq; ad vnam cõez ⁊
primã formaz: ſic oẽs orbes ad vnũ primuz mẽbrũ re-
ducũtur. videl; ad orbẽ ſtelliferũ a quo ꝯtinent̃. ad vnã
primã operationẽ vtpote ad vnũ cõem motũ diurnuz:
quo oẽs mouent̃: ⁊ quez oẽs intẽdũt p̃mo ⁊ p̃ncipaliter:
atq; ad vnã primã ⁊ cõem formã. v; primũ motorez: q̃
vniuerſi eſt p̃ma forma: orbiuz ṽo ſm p̃us ⁊ poſterius.
¶ Et h̃ eſt q̃d voluit dicere Auerroes cũ dixit: ſed tñ de
bemus itelligere cũ diximus ea ꝯuenientia in ſpẽ: ipſa eẽ
ꝯuenientia in ſpẽ ſm p̃us ⁊ poſterius: ⁊ nõ ſm vniuoca-
tionẽ/h̃ eſt equalr. nã l; mẽbra aialis celeſtis ꝯueniãt in
vna p̃ma actiõe/vna p̃ma for⁹/⁊ in vno p̃mo mẽbro: cõ
ueniũt in illis ordie quodã/veluti ⁊ mẽbra hoīs. nã non-
nulli per p̃us ⁊ imediatius attingunt illa tria: nõnulli re-
motius/alij remotiſſime. ⁊ ita nõ differũt ſpẽ totalr: ſed O
hñt partialiter. hoc idẽ vult dicere Auer. dũ inq̃t. Diuer-
ſitas aũt motuũ nõ facit diuerſitatẽ formaꝝ ſpecificaꝝ:
q̃m diuerſitas motuuz eſt ex mõ diuerſitatis aialis in ꝑ-
te dextra ⁊ ſiniſtra: ⁊ manifeſtũ eſt q̃ iſte diuerſitates i-
ueniunt̃ in eadẽ ſpecie aialis. videl; in hoīe. q. d. vnũ eẽ
primũ aialis celici motuz/diurnũ videl;: qui eſt omniuz
primo ⁊ ꝑ ſe: ceteri ṽo ſunt partiales vt mot⁹ mẽbroꝝ:
qui nõ faciũt dĩaz ſpecificã totalẽ: q̃a ſunt cõpoſſibiles
in vna ſpẽ: imo in vno idiuiduo: ſed bñ faciũt dĩaz ſpe-
cificã mẽbralem ſiue partialẽ: quo mõ cõcedẽdũ eſt or-
bes differre ſpẽ. Silĩ rõne ſtat concedere orbes moueri
circa diuerſa cẽtra: ſatis enim eſt vt oẽs moueant̃ circa
cẽtrũ ſm cõem motũ q̃ primo oĩb⁹ cõpetit. ceteri enim
nõ totalẽ/ſed partialẽ dĩam ſpecificã faciũt. Et h̃ poſi-
tio ſic intellecta nõ h; calũniã: nec aliq̃d mali ꝯ ſe. nec
aũ me inueni aliquẽ: q̃ eã declarauerit. ¶ Tũc ad rõnes P
contra Auerroez: ad p̃mã dico vagas per ſe p̃mo ⁊ p̃nci-
paliter moueri motu diurno: q̃a ob illum ſunt a motore
quoq; illi⁹ proficiſcunt̃ p̃mo. Mouent̃ ṽo ꝓprijs par-
tialibus motib⁹ mẽbratim non per ſe p̃mo: ſed ad ſerui-
tiũ primi. q̃a ſine illo p̃mus motus nõ attingeret finẽ: ſic
ſine motu cordis aĩa nõ attingit finez in aiali. ¶ Ad 2ᵘᵐ
patet quo mõ poſitio Auerrois differt ab illa Auicenne
per ea q̃ p̃miſimus: ⁊ per idez pʒ ꝯcordia dictoꝝ Auer.
quã ſignari nõ aiaduerunt. ¶ Ad 3ᵘᵐ iã patuit ſolo: ſtel-
le enim eiuſdẽ orbis: vel ſtella ⁊ pars non ſtellata eiuſdẽ
orbis non ſpecie differũt: ſed ſm magis ⁊ minus: ꝓpte-
rea omnes ſtelle celi octaui ſunt eiuſdez ſpeciei: ſed dif-
ferunt ſm magis ⁊ minus: ꝓpterea Ptolemeus in lib⁹
primo apoteleſmatũ non dicit abſolute aliquas illarum
eſſe martias/aliquas venereas/⁊ id genus: ſed omnes eẽ
eiuſdem ſpecifice idiotropie atq; peculiaritatis: verge-
re tamen nõnullas ad martias qualitates/nõnullas ad
venereas ⁊ id genus. ¶ Ad 5ᵘᵐ dicendũ motores differ Q
re ſpecie partialiter: conuenire tamẽ in vno primo vt ad
vnum finem/ad vnam formam: primus enim motor eſt
intellectuuz quidem celorum forma intentionalis/orbiũ
ṽo forma realis. ¶ Ad 7ᵘᵐ patet ſolutio: quia cum hec
orbium conuenientia ſtat differentia membrorum in
complexione/operatione/⁊ forma: ⁊ in hoc Ptolemeus
poteſt cuz Philo concordari: vt patet per ea que diximus.
¶ Ad 8ᵘᵐ dico q̃ ſec⁹ eſt in mẽbris animalis ſimplicis
⁊ animalis miſti ex elementis. In animali ſimplici totũ
⁊ omne membrum principale debet habere conſimilez
figuram. quia ob ſimplicitatem eſt ſimilare in toto ⁊ q̃-
libet parte: veluti videmus aquã totã vergere ad rotun-
ditatẽ/⁊ guttã vnam ſilr: in aiali ṽo cõmiſto ex mẽbris
diuerſe miſtionis/nõ opʒ. ¶ Per idem ad 9ᵘᵐ/patet. n.
omnia membra cõuenire in vno motu cõmuni veluti in

A vna forma:ꝛ differre in motib⁹ ꝓprijs:veꝝ in animali
ſimplici ꝛ ſimilari mẽbra ↄueniũt in vno motu cõi/ꝛ q̃
ſi in ſpecie motuũ propꝛiorum: ꝓpter totius ꝛ partium
ſimplicitatẽ.℄ Ad 10ᵘᵐ pꝫ ſol.Sol enim differt ſpecie
ꝛ ſtellę oẽs īter ſe non totalr̃:ſed ꝑtialr̃. Hęc de q̃ōne:q̃
tene cordi:nã alij non bñ ꝑceperunt veritatẽ huius.

Qõ ð luce ſtellarum. **Conſequenter** quęrũt q̃ ſtellarũ eſt p̃mo lu-
cida.Dixerũt nr̃i coetanei p̃i-
Prima põ mo lucidũ eẽ cęlũ ſtelliferꝝ.n.i vt in aiali cor eſt p̃mum
viuẽs:qd oĩbus alijs p̃bet vitã.Sic cęlũ octauũ eſt pri-
mum viuẽs qd oĩb⁹ alijs p̃bet vitã.vita aũt daꝛ calore/
calor aũt lumine ꝛ motu.quare p̃mũ lucidũ eſt cęlũ ſtel-
Cõfutatio liferũ.℄ Sꝫ h̃ poſitio/nec quo ad reꝫ/nec quo ad ↄ̃nis
rõnem valet.quo ad rẽ qdem nõ valet.qa p̃mũ in vno-
quoqꝫ gñe eſt cauſa oĩum alioꝝ in illo gñe.at cęlũ ſtelli-
B ferũ nõ reddit luceꝫ alijs:vt nemo eſt qui dubitat.qa in
eclipſe lunę:luna nõ amitteret lumẽ.quo ꝟo ad rõnem
dõm mẽbrũ primũ nõ debere eẽ primũ ſm oĩa:cor enĩ
eſt primũ apud Galenũ:nõ tamẽ eſt primũ p̃n̄ᵐ niſi vi-
tę:nõ autẽ ſenſuũ ꝛ motuũ.Sic dico cęlum ſtelliferũ eẽ
primũ cęlici aialis mẽbrũ/non ꝓpterea qa ſibi cõpetat
oĩs rõ primitatis:ſufficit enĩ vt ſibi iſit p̃ma cęloꝝ actio
quę eſt motus diurnus:quẽ oẽs intẽdũt:ꝛ ad quẽ oẽs or-
bes reducunꝛ:ꝛ hęc p̃mitas facit ip̃m eẽ primũ mẽbruꝫ
2ᵃ poſitio ſimplr̃ īter mẽbra cęlici aialis:ꝛ ita rõ nõ valet.℄ Alij
abſolute ꝓtulerũt ſolẽ eſſe p̃mo lucidũ:ꝛ ꝓpͤs nõ luceꝫ
ſuſcepit ab aliquo:ꝛ ipſe eſt p̃bens lucẽ oĩb⁹ ſtellis.Et h̃
poſitio ẽ Ptolemęi in lib⁰ apotelesmatũ.Et tũc ſi teneꝛ
motus ſtellaruꝫ fixaꝝ ſingulis.36.millib⁹ annoꝝ ſemel
fieri:ad mẽteꝫ Ptolemęi opꝫ dicere deũ eẽ p̃ncipalr̃ in
ſole vel in medio:mouereqꝫ vniuerſuꝫ aial cęlicũ motu
diurno/principalr̃ ſolẽ:ad cui⁹ motũ diurnũ mouentur
oĩa reliqua mẽbra cęli.Singulũ ꝟo membrũ moueri a
C ſuo motore:vt ſtelliferũ ſingulis.36.millib⁹ annorũ:alij
orbes ꝓprijs motib⁹.Qua rõne nõ opꝫ ponere 9ᵐ cęluꝫ
qd primo moueaꝛ:ad cui⁹ motũ cęteri orbes mouenꝛ:ꝛ
maxime ſi nõ deꝛ trepidatio tibitici aſtronomi.Qua ra-
tione orbis ſolis erit primus ſimplr̃ ꝛ motu ꝛ luce.q̃ res
nõ eſt aliena a fundamẽtis Ariˡⁱˢ maxĩe ſi dareꝛ motus
octauę ſphęrę.ꝛ hoc mõ orbis ſolis principalr̃ a motore
cõi mouebiꝛ motu diurno:partiali ꝟo motore mouebi-
tur motu ꝓprio.Et qd ſol ſit p̃mo lucidus:pꝫ p ꝟba Ari-
ſtotelis in libello de ꝓprietatibus elemẽtoꝝ:ſi ille eſt ſuus.
Secũdo/oẽ accñs qd pluribus competit opꝫ vt primo
competat vni/rõne cuius cęteris cõpetat per regulã po-
ſteriori ſticã.ꝛ cum lux oĩb⁹ ſtellis competat:opꝫ vt vni
Cõfutatio. primo cõpetat:at non videꝛ eſſe aliud niſi ſol.℄ Sꝫ h̃
poſitio ſic principalr̃ ꝛ abſolute relata non valet:maxĩe
D ſi velit auferre oẽm luceꝫ ab alijs ſtellis:p̃mo/qa in ſim-
plicib⁹ corporibus lux videꝛ eſſe eſſentialr̃ ↄ̃ñs naturã:
quare cum ſtellę ſint aliquo mõ vnius naturę: videntur
eſſe oẽs eiuſdeꝫ ꝓprietatis.Secũdo/Sol nõ eſt lucidiſ-
ſimus/niſi qa denſiſſimus vt dicũt Phi:ſed omnes ſtel-
lę ſunt denſę:ſunt enĩ denſiores partes ſui orbis.Tertio/
omne ꝑuiũ cum cõdẽſatur lucet:veluti de albumine oui
patet:qd magis videꝛ:quãdo magis denſaꝛ.Sed ſtellę
ſunt denſiores ꝑtes in corpore ꝑuio.igiꝛ omnes lucẽt.
Propͣa põ ℄ Propter hęc videꝛ mihi eſſe dõm lucem poſſe ſumĩ
pro qualitate viſibili ↄ̃ſite abſolute denſum ꝑuiũ.ꝛ h̃
modo oẽs lucent:qa omnes ſunt in ꝑuio dẽſiones ſiue
denſiores ꝑtes.Alio mõ pro qualitate viſibili ↄ̃ſite per-
uiũ denſum:qd põt notabilr̃ qualitatẽ illã viſibilem cau-
ſare.ꝛ hoc modo oẽs ſunt illuminatę a ſole:qa lꝫ merito
dẽſitatis ſuę ſtella haberet aliquã lucem:nõ tamẽ nota-
bilem:ꝓpͤs recipiũt lucẽ a ſole notabilioreꝫ:ꝛ per h̃ pa-
tet q̃re luces ſtellarũ ſunt diuerſę ꝓprietatis.Naꝫ lꝫ vi- E
goreꝛ a luce ſolis:tñ lux ſolis vt efficiꝛ ſaturnia aliam
hꝫ affectioneꝫ:ꝛ aliã vt eſt martia.Et h̃ mõ loquiꝛ Pto-
lemęus:nã quę dicit Ptolemęus ſunt oĩa ad mẽtẽ Ari-
ſtotelis.℄ Pro ſolone tñ ꝛ cõcordia dictoꝝ debes ſcire
vt Auerroes innuit in paraphraſe libri methcoroꝝ luceꝫ
poſſe ſumi in aptitudĩe.Alio mõ in actu.p̃mo mõ diciꝛ
luciditas:q̃ eſt aptitudo ad lucẽ.ꝛ ſic eſt eſſentiale/ꝛ pri-
mũ accidẽs cęlo in eo qd cęlum:ꝛ cęteroꝝ vt ſunt mem-
bra cęli.quo mõ lux nõ eſt īẽſibilis/nec remiſſibilis/nec
ſol erit p̃mo talis/nec orbis ſtelliferus.Scdo ꝟo modo
lux eſt maxime in ſole/ꝛ in cęteris aliq̃ ex ꝑte ꝓꝑ denſi-
tatẽ eaꝝ:notabilr̃ tñ effecta ab illa ſolis.ꝛ h̃ Auerro.ait
ibidẽ:cũ ait.oẽ accidẽs ↄueniens plurib⁹ eiuſdẽ ſpẽi/eſt
natũ ↄuenire illis ſm magis ꝛ minus:vtpote pro ratiõe
recipiẽtium.℄ Ex his ſeqꝛ in aiali cęlico eſſe duo mẽ- F
bra p̃ncipalia:Solẽ videlꝫ ꝛ ſtelliferꝝ cęlũ.Solẽ qdem
p̃ſtantia lucis/ſtelliferũ cęlum p̃ſtantia motus: abſolute
tñ primũ eſt ſtelliferũ cęluꝫ.Scdm ꝟo Ptolemęum q
ſtellifero cęlo obſeruauit motũ ꝓpriũ mẽbralẽ.Sol erit
p̃mũ ſimplr̃/lucis ꝛ mot⁹ exceſſu vt dixim⁹.h̃ de q̃ōne.

℄ Inſuꝑ etiã a rõne alienũ eſt nullũ ipſis in-
ſtrumẽtuꝫ nãm ad motũ tribuiſſe:nã ſiqdẽ
nihil caſu facit.neqꝫ ęquũ eſt aialia quidem
hęc ipſi curę fuiſſe:illa ꝟo adeo pręſtabilia
cõtempſiſſe.Sed videꝛ tãq̃ꝫ de induſtria fa-
ctum/ea cũcta auferre qb⁹ ꝑ ſe ꝓcedere ipſa
poſſent.propterea qa ꝛ ipſa plurimũ ab his
ſemouit.q̃ inſtrumẽta habuerũt ad motũ.

℄ Quia aliqs obijcere poſſet ſtellas ꝓceſſiuo motu fer- Expoſitio.
ri:ideo tertio arguit:h̃ non ↄuenire bonitati nãę.ꝛ inqt.
Inſuꝑ ẽt a rõne alienũ eſt nullũ ipſis ſtellis iſtrm̃ nãm
ad motũ tribuiſſe:veluti pedes/aut ſcardas/alas/ꝛ id ge- G
nus.nã ſiqdẽ nihil caſu facit/nec mancum. Cõfirmat.d.
neqꝫ ęquũ eſt aialia qdẽ h̃ ipſi nãę curę fuiſſe:illa aialia
adeo p̃ſtabilia ↄtẽpſiſſe.Sꝫ vř tãq̃ꝫ de induſtria eſſe fa-
ctũ ea iſtr̃a cũcta auferre:qb⁹ ꝑ ſe ꝓcedere ipſa poſſent:
vt pedes ꝛ id gen⁹.hac vꝫ ratione qa ꝛ ipſa cęlica aialia
p̃limũ ab his caducis ſemouit:q̃ iſtr̃a habuerũt ad mo-
tum.ꝛ ita qa illa cęlica aialia ſunt elõgata ab his ꝛ in na-
tura ꝛ motu:ſtudio factum eſt vt non habeant iſtrumen-
ta ad motum. Hęc Ariſto.de motu ſtellarum.

Querũt vtrũ ſtellę ꝓprijs motib⁹ mouenꝛ. Sim- Qõ ð mo-
plici⁹ de mente Platonis vult oẽs ſtellas tu ſtellaꝝ.
moueri motu rotatiõis in ꝓprijs ↄcauitatib⁹.ꝑſuaſit rẽ Põ Sim-
hãc.p̃/qa ſtellę ſũt corpa nõlia.igiꝛ meruerũt aliquẽ mo- plicij.
tũ.2ᵒ ſũt aiata ꝛ ꝑ ſe viua.igiꝛ a ſeipſis mouenꝛ vt in 8ᵒ H
phyſicę auſcultatiõis eſt dcm̃.3ᵒ qa ſũt ſphęrica. igitur
aptiſſima motui.℄ Albert⁹ illa ꝟo de luna opinaꝛ cum Põ Alber-
Simplicio:qa nõ potuit ſaluare vniformẽ apparitionẽ tilij
illi⁹ maculę ſiue faciei ꝑ oẽꝫ cęli regionẽ:alr̃.n.appereret
in ortu/aliter in meridie/ꝛ aliter in occaſu:niſi imago il-
la rotaret regulr̃ cũ motu lunę:ꝛ tũc Simplici⁹ ait.põnẽ
hãc nõ eẽ ↄ̃ Ariſto. Ariˡᵉˢ enĩ ꝓbauit motũ ſtellaꝝ q ap-
paret ab ortu in occaſuꝫ nõ eẽ rotationẽ nec ↄuerſionẽ:
ꝓpͤs videtur Ariſtoteles ꝓbaſſe ſtellas moueri ad mo-
tum orbium per cęli regiones:non tamen negaſſe rota-
tionem:ꝛ ita negauit volutionem ſiue cõuerſionẽ/ꝛ ſtel-
las nõ moueri regionatiꝫ per rotationẽ:ꝛ ita poſſunt ſta-
re hęc.℄ Sed hęc poſitio lꝫ poſſit ſtare cuꝫ dictis ꝛ rõ- Cõfutatio
nibus Ariſtotelis hic:non aũt cũ fundamentis ſuis.Ari-
ſtoteles.n.ſupra dũ cauſam pluralitatis motuuꝫ nactus
eſt:ꝛ ex ↄſeruatõe vniuerſi ſtellis viſus ẽ ſolũ duos mo-

I tus tribuiſſe. videlȝ diurnum ⁊ obliquum. Nec aliquem
aliū cognouit. Secūdo Ariſtoteles oēm motuȝ circula/
rem poſuit circa mediū mundi. Tertio/oēs rōnes Auer
rois de eccētricis ⁊ epiciclis ſunt cōtra hanc poſitionē.
Propõ põ ¶ Propterea tenēdum eſt peripatetice ſtellas moueri
ſolū duob⁹ modis. videlȝ cōmuni motu diurno: videlȝ ⁊
proprio obliquo. Sȝ ſi damus motuȝ octauo orbi: hunc
nō opȝ dare alicui ſtellę in ſua cōcauitate. ¶ Ad ratio/
nes/ad primā dicerem ſtellā non eſſe corpus nāle ſolita
rie ⁊ ſeorſuȝ: ſed eſt pars corporis nālis: lȝ denſior ps. p/
pterea ⁊ nō cōpetit motus/niſi ratiōe totius. ¶ Ad 2^am
per idem. nō enim ſtella eſt aīata per ſe ⁊ ſeorſum: ſed vt
pars alicuius totius ꝑmo aīati. ⁊ ꝓpterea ſibi mot⁹ alius
a toto non cōpetit. ¶ Ad 3^m dici poteſt/figurā non eſſe
aptam motui: niſi ſit corporis ſeorſuȝ ſumpti quale non
Poſitio 3^a eſt ſtella. ¶ Sūt qui dicūt motoreȝ ꝑmo ⁊ per ſe ſtellaȝ
mouere/per accidēs orbem ad motū ſtellę. ¶ Veruȝ h
K eget cōſideratione: naȝ Ari^{ſtoteles} videt̃ cōtrariū dicere: for
taſſe eniȝ motor ꝑmo mouet ſtellam primitate intentio/
nis: nō autē primitate virtutis: qꝛ ſua virtus ꝑmo eſt to
tius cęli. Tu vero referas te ad tpa. ad rōneȝ Alberti: llę di
ci pōt/maculā illā eſſe centralē (qꝛ vt dicebat Auer.) lu/
na videtur opaca circa cētruȝ. ꝓpterea circa partes me/
dias centrales luna illuminari nō poteſt/veluti circa ex/
teriores ptes illuminat̃ a ſole. hinc macula centralis eſt:
⁊ qꝛ id qđ eſt in medio rei viſibilis (vt docent perſpecti/
ui) vndiqȝ videt̃ ęqualiter imprimere veluti pȝ in mul
tis figuris depictis humanisq̃ ſemꝑ ex omni ſitu vidē/
tur reſpicere eodē mō. ꝓpterea qꝛ pupilla in carū ocu/
lis exiſtens/collocata eſt in medio. ideo lunę macula ſm
eūdem ſituȝ imprimit in oculū in ortu/ ⁊ occaſu/ ⁊ culmi
ne ꝯſtituta. ꝓpterea ſm eundem modum apparet ima/
L go. ⁊ ita non eſt neceſſitas ad vniformem apparitionem
vt luna regulariter rotet. Hęc de queſtione.

¶ Quocirca cuȝ rōne videbit̃ ꝑfecto ⁊ totuȝ
cęlū eē rotūduȝ/ ⁊ vnaqueqȝ ſtellaꝝ. Sphę
ra ſiqdem ꝓ cęteris figuris cōmodiſſima eſt
ad eum motū: qui eodē in loco fit. Sic eniȝ
⁊ velociſſime ferri: ⁊ eūdem maxime locuȝ
occupare pōt. Inſuper etiā ad eū motū quo
vltra pergit̃ maxime inutilis eſt. Eſt eni mi
nime ſilis his quę per ſe ipſa apta ſunt mo/
ueri. qppe cum nihil habeat ſubmiſſum: ni/
hil eminēs ceu rectilinea figura. Sȝ pliműȝ
e corporib⁹: his q̃ progrediunt̃ in figura di/
ſtat. Cū igit̃ cęlum eo motu moueri opȝ: q
in eodem fit loco: ſtellas autē nō per ſeipas
procedere: iure ꝑfecto vtrūqȝ rotūdū ędi/
M tum eſt. hoc enim pacto alterum quidē mo/
uebitur: alterum vero quieſcet.

Expoſitio. ¶ Tria ꝓmiſit: ſubam ſtellaꝝ/ ⁊ motum/ ⁊ figurā expla/
nare: declarauit ſubaȝ ⁊ motū: nūc figuraȝ explanat: vbi
debes ſcire Ari^{ſtotelem} nō ꝓcedere demōſtratiue hic: qꝛ ſatȝ
ex declaratis demōſtratio haberi: eni ꝓbatū ſit nobiliſſi/
mo corpori ꝯuenire nobiliſſimā figuraȝ: q̃lis eſt ſphęri/
cam habet oēm ſtellā eē ſphęricā: q̃ eſt potior ps or/
bis. Sȝ hic ꝓcedit per colores q a fine ſolēt colligi: naȝ
cęlo cōpetit velociſſime ferri: atqȝ ſemꝑ eſſe in eodē lo/
co: qꝛ q̃ cito vna ps recedit/alia ſuccedit. Inſuꝑ etiā tā
cęlo q̃ ſtellę cōpetit nō gradiri verſus anteriorē ꝑtem/
vt cęteta aīalia pergunt. hęc tria ꝑcipue ſphęrę compe/
tunt: eſt eniȝ aptiſſima motui vt ꝓbatum eſt. nec apta vt N
ſic/e loco in quo eſt vel circa quē mouet̃/recedere. eſt i/
ſuper penitus inutilis ꝓgreſſioni: q̃re arte ⁊ rōne cęlū ⁊
quęlibet ſtella rotūda ędit̃. hic eſt color veritatis. ⁊ qꝛ
omnes iſti colores ex his q̃ proxime dixit/ſequunt̃. ingt.
Quocirca cū rōne videt̃ profecto ⁊ totū cęlum eē rotū/
duȝ/ ⁊ vnaqueqȝ ſtellarum: ⁊ explanat colores: ⁊ inquit.
Sphęra ſiqdeȝ ꝓ cęteris figuris cōmodiſſima eſt ad eū
motuȝ: qui in eodē loco fit. Hęc vtilitas declarat̃: qꝛ ſic
⁊ velociſſime ferri/ ⁊ eūdē maxime locū occupare pōt: ⁊
ita ſphęrę ſunt duę vtilitates. Addit 3^am. d. inſuꝑ etiā ad
eum motū quo vltra/ſiue per ptē anteriorē pergitur vt
aīalia gradiuntur/maxime inutilis eſt. eſt eni minime ſi/
milis his: q̃ per ſeipſe apta ſunt moueri cuiꝰ ſunt aīalia: O
quippe cū nihil habeat ſubmiſſuȝ: nihil eminens ceu re/
ctilinea figura. Sȝ plurimū ſphęra ipſa e corporib⁹ his
quę ꝓgrediunt̃ in figura diſtat. Deinde epilogat. ⁊ ingt.
Cū igit̃ cęlū eo motu moueri opȝ: q in eodē fit loco: ſtel/
las aūt nō per ſeipſas: iure ꝑfecto vtrūqȝ rotundū ędit̃.
Hoc eniȝ pacto alterȝ qdeȝ mouebit̃. vȝ cęlū: alteruȝ vero
quieſcet a motu ꝓceſſiuo ſtella. Et pōt ſyllis eē/oē qđ in
ſeipſo mouet̃/ ⁊ omne qđ nō ꝓcedit: ſphęricū eſt. cęlū in
ſeipſo mouet̃: ⁊ ſtella non ꝓcedit. igit̃ cęlum ⁊ ſtella eſt
ſphęrica. Hec Ari^{ſtoteles} de ſuba/deqȝ motu/atqȝ figura ſtel
larum. ¶ Aīaduerte q̄ ea quę dicit Auer. nō ſunt ad ꝓ/ Quę Auer. cō. 50.
poſitū: qꝛ nec fixas eē ſtellas per ſphęricas eē/nec ſphę/
ricas ꝑ fixas eē Ari^{ſtoteles} declarauit: ſȝ varys vt viſum eſt
medys. ꝓpterea nihil neceſſariȝ habet/q̃ Auerroes ingt.

Querunt vtrū ſtellę moueant̃ per cęlū vti piſces Qōnes.
per aquā/vel auis per aerē. 2°/vtrū ſtel
lę ſint aīalia/vel orbes ipſi. ¶ Ad ꝑmaȝ qōnem rńdent
qdam regionē illā cęleſtē eſſe plenā ęthereo corꝑe mul/
to tenuiore igne: qua rōne volūt illđ eē plus rarefactibi/
le ⁊ ꝯdēſabile igne. imo nō eē niſi igneū corp⁹ vel purꝰ P
qd. Qđ vero ſit rarefactibile ꝑſuadēt: qꝛ ſi qs eēt ꝓpe or/ An ſtellę ꝑ
bē lunę ita vt poſſet manū extēdere: certū eſt q̄ exten/ cęlū moue
dēdo brachiū cęlū depelleret: qꝛ vel reſiſteret: vel non. antur.
Si nō: igit̃ depelleret: ⁊ ita ꝯdēſaret illud. Si reſiſteret Prima põ
igit̃ eēt duꝝ. qđ cęlo nō ꝯuenit. Hoc ſtāte volunt ſtellas
moueri motu aīalis ꝑ ęthereū illđ corp⁹ deſcribēdo cir/
ca cētrū mūdi circulos imaginarios. ¶ Ego vero nō itel/ Confutatio
ligo opiōnē: nā Ari^{ſtoteles} in lr̃a diſtinguit ſi hę ſtellę mouēt̃
eē nō pōt/niſi vel motu rotatiōis/vel reuolutiōis. vl̃ ꝓ/
ceſſiuo motu. rotatiōe qdē nō: qꝛ vident̃ moueri e loco
ad locū vel ab ortu in occaſu: q̃ vero rotāt non mutāt ſi/
tū: qꝛ ſi mutarēt: reuolutio eēt. nec reuolui pñt: qꝛ vide/
mus lunā ſemꝑ ꝯſeruare faciē a pte nr̃i aſpect⁹. motu ꝓ/
ceſſiuo moueri non pñt: qꝛ oē qđ mouet̃ motu ꝓceſſiuo
vtit̃ iſtrō/at nā nullū illis ꝓbuit iſtrm. ¶ 2° Ari^{ſtoteles} ꝓba/
uit ſtellas nō poſſe moueri ꝓprys motib⁹ cęlo q̃ſcente: Q
qꝛ cū vna ſit ſupra aliā/vt eclipſis docet: vna maiorē cir
culū d̃ſcriberet in eodē tpe q̃ altera. ⁊ cū imagiabile ſit
illas traſponi: nō vident̃ ꝑpetuo ſeruare vniformē velo
citatē. ¶ 3° tūc cęlū rareſieret ⁊ ꝯdenſaret̃: qđ eſt ipoſ/
qꝛ eēt diuiſibile: ⁊ ita corruptibile ſm quid. ¶ 4°/tunc
eadem ſtella per ſe moueretur motibus diuerſis: qꝛ ſol
eodem tpe mouetur motu diurno deſcribēdo paralellū
diurnum. ⁊ motu obliquo ab occaſu in ortū: vt docet ob/
ſeruatio: ⁊ hoc non eſt merito orbiū ad quoꝝ motū fert̃.
igit̃ per ſe motib⁹ diuerſis. ¶ 5°/tanta motuum diuerſi/
tas/quātā obſeruarūt aſtrologi eē nō poteſt in ſtella/niſi
ponant̃ plures orbes: accideret eni ſępe quies media in
retrogradatiōib⁹: ⁊ alys diꝑs/q̃s aſtronomi obſeruarunt.
¶ Ad id vero qđ dicūt cęlū nō reſiſtere ꝑmenti: dico ali/
quid reſiſtere poſſe eſſe poſitiue ob videlȝ qualitatē cō/

A trariam:quo mō terra reſiſtit ob duritiē:⁊ hoc reſiſtētia
cęlū non reſiſtit:q̄a nō eſt durum nec mole qualitatiue:
Aut negatiue per hoc q̄a non eſt aptū alicui mutationi/
ꝓpter eē ęternū ⁊ inalterabile:⁊ h̄ mō non reſiſtit p̱ du-
ritiē/ſed p̱ hoc q̄a non eſt aptū alicui mutationi peregri-
An cęlum ſit aial/ ⁊ an per ſenſum. nę.hęc dicerem:vt peripateticus.¶ Ad 2am q̄ōnē Ale-
xander Aphrodiſiꝰ tenet cęlū eſſe aiatum:nō tñ aial,cui
Pō Alex. expoſitor noſter ꝯſentit.Vtit̄ aūt breui rōne quia gręci
animal nihil aiunt eſſe/niſi per ſenſuz:nō eni volunt ali-
quid Zoon/ſiue ȝodion eē dicēdū niſi per ſenſuz:⁊ nō p̱
oēm ſenſum:ſed ad hoc vt aiatū gręcꝭ ȝodion ſiue aial di-
cat̄:ſufficit tactus:qui eſt p̄mus ⁊ cōis ſenſus:fauēt Ale-
xādro multa Ariſt. ꝟba:naz Ariſt. aial vult eē corpꝰ mi-
xtum ⁊ inſtrumentariū 3o de aīa.Amplius videt̄ ꝓhere
aiali ſomnū ⁊ vigiliā/motū ⁊ vitā.q̄ cęlo nō competūt.
Pō Simplicij ¶ Simplicius aūt tenet cęluz eē dōm aial:⁊ p̱ ſenſum/
videlȝ tactū,⁊ viſuz/⁊ auditū:tactū q̄dē illis ꝓhet:q̄a cuz
B ſeſe tāgant:nō eſt fas vt nō ſentiāt.Infelix eni eēt aial tā
beatū/diuinū corpus tāgere ⁊ nō ſentire illud:auditum
ꝟo ⁊ viſum:q̄a ſenſus ſunt p̱fectionis:non vtilitatis/p̄-
pterea magis cęlo tribuendi:cū ſit optimū/cui nihil de-
eſſe dꝫ:qđ de p̱fectiōe ſit aialis mortalis.Pręterea cum
cęli hęc gubernēt:nō eſt fas hęc nō cognoſcere.vī autez
per itellectū hęc cognoſci nō poſſe:itellectus eni ſingula-
ria nō apph̄endit niſi mediāte ſenſu:qua rōne Auic.tri-
buit illis vim ſenſitiuā interiorē:quā appellāt imagina-
Confutatio poſitionis Simplicij. tiuā:qđ forte cōcedere cogit̄ Simplicꝰ.¶ Sȝ hęc po-
ſitio Simplicij ſtare nō pōt:p̄mo vt bñ obiecit Auer.ꝯ
Auicēnā:q̄a tūc cęluz hr̄et ſenſoria vt oculos vel aures ⁊
id genus.tenet argūm:q̄a ſenſus eſt virtus p̱ticularis/oīs
autē virtus particularis eſt organica/ſiue inſtrūtaria.in h̄
eniz Ariſt. ponit dr̄iaz inter ſenſum ⁊ itellectū:q̄a intelle-
ctū nullius particulę actū ponit nec vti p̱ticula aliq̄ cor-
C poris:intellectus eni potētia eſt ſine mā.at ſenſus ⁊ exte-
rior ⁊ interior vtit̄ .talia aūt organa ſiue ſenſoria cęlo nō
ꝯueniunt:eſt eni corpus cōforme atq̄ penitus ſimilare.
¶ Scđo vt recte arguit expoſitor ex verbis Ariſt.:cęlo
ex ſenſu nihil ⁊ melius euenit.nā ad curā rerū ſublunari-
riū ſufficit cognitio vlis:quę eſſe pōt per eſſentiā illorū:
quatenus cāę ſunt.illoꝝ ad motū nō eſt cognitio ſtuz p̱
quos mouent̄ neceſſaria/vt autumat Auicen.ſufficit co-
gnitio illoꝝ vlis per intellectus eēntiā/q̄ eſt cauſa motꝰ.
ad perfectionē coꝝ nō ſunt neceſſarij ſenſus:q̄a q̄cquid
cęlū per ſenſus cognoſceret/p̱fectius per intellectū dep̄-
hendit:imo ſi cęli hęc terrena viderēt/mœrore nōnunq̄
afficerent̄,aut nō recte gubernarēt:nō eni eſt fas diuini-
tati illoꝝ exacta reꝝ harum cura:ſufficit enim vle regi-
men.q̄re cū nec neceſſitatē/nec vtilitatē inde nāciſcant̄/
Pō Auer. nullo pacto ſunt ſibi tribuēdi.¶ Auer.ꝟo cū Alexā.te-
D net cęlos nō hr̄e de animę virtutibꝰ niſi itellectū/appeti-
tum/⁊ motū/⁊ vult cęlos eē aialia.Tum q̄a hr̄t dextrū/
ſiniſtrū/⁊ cęteras poſitionis partes.Tum q̄a mouentur
a ſeipſis:qđ ꝓprium eſt aialibus.etiā q̄a hr̄t aīas ⁊ cor-
Pō Ptolęmei. pora:aial enim ex aīa videt̄ ⁊ corpore cōfectuz.¶ Pto-
lemęus ꝟo ⁊ cęteri aſtronomi nō mō orbes aiūt eē aia-
lia/ſed ſignū cęleſte qđ eſt globus ſtelloꝝ aial eſſe dicūt:
vnde ⁊ ȝodiacus dictus eſt:q̄a circulus eſt aialiuz.Ariſt.
quoq̄ appellat cęlos aialia ſępe/⁊ Porphyrius,⁊ Pla-
Pō ꝓpa. tonici.¶ Mihi vī q̄ōnez eſſe de noīe:nam Alexāder q̄
cęlos n gat eē dicenda aialia/nihil remouet de virtutibꝰ
aīę:quas Auer.illis tribuit.Auerroes autē qui cęlos aia-
lia vocat nihil plus tribuit illis:q̄ Alexander tribuerit:
ideo q̄ſtio eſt de noīe.gręci ꝟo q̄ nomen animalis impo-
ſuerūt a ſenſu(vt diximus)q̄a ȝodion aial eſt per ſenſuz:
coguntur aut a cęlo remouere nomē aialis/aut tribuere il-
li ſenſus:vt fecit Simplicius.Arabes ꝟo qui aialis no- E
men tribuūt a ſenſu/vel virtute nobiliori ſenſu/vt ab in-
habet. Inducemus ſermonē ſuper ipſum:vbi Auerro.
exponit ſuper ipſum ſcilicet aduerſariū:⁊ errat:quoniā
in grecis verbis ſtat:vt nos trāſtulimus. Preterea dici
tur in textu Auerro.aut mouebit in infinituʒ. Et Auer
roes dupliciter exponit:vno modo referēdo ad terraʒ:
alio modo referēdo ad probibens:ſi refert ad terram:
eſt ſenſus:ꝙ ſi terra non quieſcit naturalr̄ in medio:ip
ſa mouebitur deorſum in infinitū.Quam expoſitioneʒ
Auer.non tenet:⁊ recte:qꝛ vt patet in grecis codicibus:
non poteſt ſic intelligi. Sin autē refertur ad probibēs:
recte dicit:naʒ ſi terra non quieſcit in medio naturalr̄:
ſed vi:cum videatur illic ſtare:oportet eſſe probibens
ipſum ne vlterius moueat:⁊ quęrat de probibente:vel E
quieſcit naturaliter:vel vi.Si naturaliter:habetur pro
poſitū.ſi vi:oportet eē aliud probibens:⁊ ſic vel ibitur
in infinituʒ:vel oportet venire ad aliquid:qd̄ illic quie
ſcit naturaliter.Et hęc expoſitio optima eſt.

¶ Sin autē id quod ferri probibet: Moue
tur:vt Empedocles inquit:terraʒ a reuolu
tione quieſcere:aliquē in locum ſane moue Ferri ver
retur:cum impoſſibile ſit in infinitum ferri bū ſupple.
nullum enim īpoſſibile fit. In infinitū autē
trāſire impoſſibile eſt. Quare quod fertur:
neceſſe eſſe alicubi ſtare: ⁊ illic nō vi:ſed ſm
naturam manere. Quod ſi eſt quies ſm na
turā: latio in hūc locū motus erit ſm nām. Expoſitio

¶ Iſte textus ſolet induci cōtinuus precedēti:nam quę
F ſiuit de probibēte:an quieſcat:vel moueat.Cum proba
uit ꝙ ſi quieſcit:relinquit intentum:nunc probat quod
non pōt moueri tale probibēs(vt dicit Empedocles.)
Et hoc modo Auerro.exponit hic. Melius auteʒ vide
tur ꝙ Ariſt.remoueat reſponſionē Empedoclis:qui di
xit terram vi quieſcere in medio:⁊ ꝙ probibens eſt re
uolutio celi:vt viſum fuit in ſcd̄o huius:cōtra quē obij
cit Ariſto.dicēs,ſi ita eſt:tunc terra remota celi reuolu
tione,aliquē in locum ſane moueretur ſupple determi
natum:cū impoſſibile ſit in infinitū ipſam ferri: nulluʒ
enim impoſſibile fit:in infinitum autē pertranſire im
poſſibile eſt:quare non pōt terra remota celi reuolutio
ne in infinitū ire:ibit igitur celi reuolutiōe ammota in
aliquem locū determinatum:⁊ tunc complet rationeʒ:
⁊ inquit.qd̄ ſi eſt quies ſupple terrę ſm naturam in ali
quo loco determinato:latio in hunc determinatū locū
motus erit ſm naturā:⁊ ita relinquitur aliquod corpus G
habere motū naturalem. Hec Ariſt. ¶ Auerroes autē Quę Auer
ex textu vltimo colligit taleʒ rationē: ſi poſſibile eſt vt ro.cō.19.
aliquod incipiat motum in infinitum:poſſibile erit vt
motus infinitus generetur.Sed impoſſibile eſt motuʒ
infinituʒ generari:igit̄ impoſle eſt aliqd̄ incipere motū
infinitum generare.Quare cū remota reuolutione celi
motus erit infinitus:igit̄ nihil pōt illū incipere gn̄are.

¶ Qua ꝓpter ⁊ Leucippo ⁊ Democrito:
qui prima ipſa corpora aſſerunt in vacuo at
qʒ infinito ſemper moueri:occurrendū eſt: Occurrēdū
quo nam motu mouentur:quiſue eſt ipſoꝝ Dicendum
ſm naturam motus.

¶ Improbat(vt recte ſentit expoſitor)aliquorū philo Expoſitio
ſophoꝝ errata:primo illud Democriti atqʒ Leucippi:
quorū inſufficientiam primo,ipſe narrat:⁊ inquit. qua
propter ⁊ Leucippo ⁊ Democrito:qui prima ipſa cor
pora:quę Atoma vocant ac rerū principia:aſſerunt in H
vacuo atqʒ infinito ſemper moueri:occurrendum eſt ⁊
dicendū:quonā motu mouent:quiſue eſt ipſoꝝ ſm nāʒ
motus:Qui cū hęc nō determinaſſent:inſufficiēter viſi
ſunt tradidiſſe. Hęc de inſufficientia eoꝝ. ¶ Auerroes Quę Auer
aūt vult ꝙ Ariſt.nūc deſtruat opinioneʒ eoꝝ qui dicūt ro.cō.20.
motū innālem eſſe ante nālē.Scd̄o,ait hos eē diuiſos
in duas ſectas:vna eſt Leucippi ⁊ Democriti dicentiū
Atoma moueri in vacuo atqʒ īfinito motu ęterno.Alia
Platonis qui dicit ꝙ quatuor elementa mouebantur
anteqʒ mundus eſſet:motu inordinato:deinde cū deus
feciſſet mundū:induxit illa ad motū ordinatuʒ. Tertio
ait Ariſto.primo cōtradicere primę ſectę:ſcd̄o vero ſcdę.

I Hec Auerro.de textus introductione:quã non video: quo modo valeat. ¶ Deinde ſeqtur illa pars:⁊ intēdit: Ubi Auerro.exponit quedã verba textus:que in grecis codicibus non reperiunt̄. Quibus p̄termiſſis.ponit cō uenientiã ⁊ differentiã inter opinionē Platonis:⁊ Democriti:cōuenientia quidē eſt ꝙ ambo ponunt innaturalem motum priorē naturali.differentia ſo qꝛ Plato innaturalē motum poſuit in preterito:⁊ nūc: in preſenti non.Democritus aūt ait motum innaturalē corporibus Atomis ⁊ de preterito ⁊ de p̄ſenti ſemp ineſſe. cauſa autē:qꝛ ipſe poſuit hec Atoma rerū oium elementa: quare oportet ipſa ſemp fuiſſe ⁊ ſemper eſſe:⁊ cū eorū eſſe ſit motus:oportet vt ſemper fuerint:⁊ ſemp ſint in motu:ſed cum hic motus non poſſit eſſe naturalis: erit igitur violētus:quare Democritus differt a Plato. in hoc:ꝙ motum violentū ponit precedere:⁊ ponit eē de preſenti. ¶ Deinde Auerro.parte illa.Dicamus igitur

K eis ſi hec:refellit opinionem Democriti:⁊ colligit in textu duas inſufficientias: que ſunt due quaſi queſtiones prima eſt:quis eſt primus motor corporū Atomorum. Scda,cum primus motor debet habere motū naturalem:quis eſt eius naturalis motus. Hec Auerro.que pace ſua non ſunt ad propoſitum:eſt enim vna tm̄ inſufficientia:videlꝫ quo nã motu mouenī corpora hec Atoma:⁊ quis ſit illorum motus naturalis.Quod ſi he ſint due inſufficientie:non ſunt ille : quas reſumit Auerro. fuit autem cauſa erroris Auerrois textus male tranſlatus ad eius linguam.

¶ Nã ſi elementorū aliud ab alio vi mouet̄:
Etiam neceſſe eſt ⁊ cuiuſqꝫ etiã aliquē motū eſſe
Sed ſm naturam:preter quem violentus eſt.

Expoſitio ¶ Nunc ponit excuſationem illorū:dicebant enim illorum elementorū:que ſunt Atoma aliud ab alio moueri

L vi:Qd̄ excludit primo:qꝛ ſi ita eſt:neceſſe eſt ⁊ cuiuſqꝫ etiam aliquem motum eſſe ſm naturam:preter quem violentus eſt,vt dictum eſt.

Primam ¶ Et oportet primam motricem,non vi,ſed
motricē ſm naturam mouere. In infinitū eni erūt:
Primum ſi non erit aliquid primum mouens ſm na-
moue. turã:ſed ſemp ipſuꝫ prius vi motū mouet.

Expoſitio ¶ Scdo,obijcit excuſationi qꝛ oportet ſaltē primuꝫ mouens non vi mouere:ſed ſm naturã. nam quod mouet vi habet principiū ſue motionis extra:⁊ ita nō mouet niſi motum:⁊ ita oportet moueri ab alio ſemp:vel ſtandum eſt ad primū:quod non vi mouet.Unde inquit. ⁊ oportet primam motricē ſupple vim non vi:ſed ſm naturam mouere.probat hoc:⁊ inquit. in infinitum enim erunt ſupple tu mouentia ⁊ mota,ſi nō erit aliquid primum mouens ſm naturam:ſed ſemp ipſum prius mo

M tum violēter,aliud moueat:eſt igitur cōſequētia ſi primū mouet vi:igitur ꝓcedetur in infinitum in mouentibus ⁊ motis:ꝓbatur,qꝛ ſi mouet vi:igit̄ non mouet niſi motum extra.quare mouebit̄ ab alio:⁊ queratur de illo.vel igitur ibit̄ in infinitū in mouētibus ⁊ motis: vel oportet vt primū moueat naturalr̄:⁊ tunc ſi primū mouet naturalr̄ aliquid mouebitur naturali motu:⁊ ſic eſt aliquod corpus:qd̄ habet motuꝫ naturalē. Hec Ariſto.

Que Auer de inſufficientia Democriti ⁊ Leucippi. ¶ Auerroes
ro.cō.cod. autē laborat circa verba Ariſto.que in ſuis tranſlationibus ita ſcribuntur.Quoniã corpus primū motū nullum corpus mouet violenter:ſed naturalr̄.Et hec exponit dupliciter aut referēdo ad mouens ipſum,quaſi dicat ꝙ primū mouens non pōt mouere id quod mouet violenter:ſed naturalr̄:⁊ tunc legitur litera ſic: quoniã N
corpus primo motū vt eſſet celuꝫ:vel id genus:nō mouet aliquod ⁊ ipſum eſt motū ab aliquo alio violenter. ſed mouet ipſum:⁊ eſt motū naturalr̄.vel exponit referendo ad id qd̄ mouetur,quaſi dicat quod ea que mouentur a primo mouente,ſiue ſit corpus,ſiue virtus extra corpus non pōt moueri ab illo violento motu,qꝛ non moueretur ſemp:ſed hora quadã ſic:⁊ quadã nō.Que oia nulla ſunt:cū he expoſitiones non cadant in verbis grecis. ¶ Deinde ſeqtur illa pars cōmenti.Motū autem corporꝫ:Ubi Auerro.remouet dubitationē: dictuꝫ eſt enim violentū motū non eſſe perpetuuꝫ:modo hoc videtur falſum:nã motus circularis ignis in propria ſphera:⁊ motus circularis aeris in ſuprema regione eſt violentus:⁊ tamē eſt perpetuus:igitur motus violētus pōt eſſe perpetuus. ¶ Reſpōdet Auerro.⁊ vult ꝙ motus talium elementorꝫ nec eſt violētus,nec naturalis.

O Uiolentus quidē non eſt:qꝛ ſemper eſt. nec naturalis: qꝛ ignis non mouet̄ illo motu a principio in eo exiſtente.Et addit ꝙ fere idem eſt de motu membrorum animalis a p̄mo moto,qd̄ eſt calor naturalis ſiue ſpiritus qui motus qꝛ non eſt violentus vocatur naturalis.Sic igitur patet.Motū elementorū circularē eſſe non naturalē:ſed vel ſupernaturalē:qꝛ ⁊ ſi non cōtra eorū naturam:non tamē eſt ſm eorum naturã:ſed ſupra naturã:vt motus membro animalis:qui nō eſt ſemp eiuſ. ¶ Deinde ſeqtur illa cōmenti pars. Et hoc fundatur. Ubi Auerro.reſoluit hunc textuꝫ ad ꝓpoſitiones: atqꝫ ſyllogiſmuꝫ:⁊ vult textum fundari ſupra ꝓpoſitiones: quarū prima eſt,ꝙ omne motū habet motorem.Secūda eſt,ꝙ omnis motor in loco hoc eſt de loco ad locuꝫ eſt corpus.Tertia eſt,ꝙ corpus non mouet niſi moueatur.Ex his deducit̄ cōſequētia textus: que ſm Auerro. eſt:ſi corpus primū non mouet corpus motu naturale: tunc motū eſſet infinitū. Nam ſi motū habet corpus a

P quo mouet̄:⁊ illud corpus etiam aliud corpus:cū non moueat niſi moueat̄ per propoſitiones:tandem abibit in infinitum:⁊ ſic neceſſe eſt reperiri corpora infinita: que ſaltē de poſſibili poſſunt ſe tangere,vel cōtinuari: quibus ſe tangētibus:aut cōtinuatis:magnitudo reſultabit infinita:⁊ ita motus erit infinitus:vt ſeptimo phyſicorū deductuꝫ eſt. ¶ Deinde ſeqtur.Et per hoc quod dicit. Ubi Auerro.cōſiderat verba ſui textus:⁊ accipit primo ꝙ omne corpus quod mouet:qꝛ mouetur:taliter mouet:qualiter mouet̄. Nam ſi mouet̄ violenter : mouet aliud etiã violenter.⁊ ſi mouetur naturalr̄:etiã mouet aliud naturalr̄.Tūc verba textus exponit:que ſunt corpus p̄mū ſi non mouet motu naturali ⁊c̄. Ubi vult ꝙ mouere aliud naturalr̄ poteſt eē dupliciter vno modo vt mouere dicat actionē primi motoris.Cum enim primū mouēs corporeū moueatur naturalr̄ : actio eius

Q in rem motã eius eſt naturalis:lꝫ forte res mota ab eo non moueat̄ naturalr̄:vt eſt de celo ⁊ elementis : celuꝫ enim mouet elementa circulariter:⁊ naturalr̄:⁊ tamen elementa nō mouentur naturaliter motu illo.Alio modo poteſt intelligi vt mouere dicat motuꝫ ipſius rei mote a primo motore:⁊ tunc dicemus elemēta moueri naturaliter a celo motu circulari.hoc eſt non violenter:cū elemēta ſemper moueant̄ motu circulari:qd̄ non cōtingit de aliquo motu violento:cū nullū violentuꝫ ſit perpetuum.Auerroes autē laudat magis primã expoſitionem. ¶ Ego ſo dico hec non eſſe ad verba vera Ariſto.que nos legimus:ſed ad eius malas trãſlatiōes:que ſunt pleruqꝫ cã erroris huius.Ego eni iudico fatuū eſſe conari in dictis Auer.qꝛ ipſe frequēter fruſtra laborat.

¶ Hec

A ¶ Hoc aũt idem accidere neceſſe eſt: ⁊ ſi (vt in timeo ſcriptum eſt:) ante mundi facturã elementa inordinate mouebantur. Neceſſe eſt enim aut violentũ eſſe motũ: aut ſm naturã. ſi autem ſm naturã mouebanť: neceſſe eſt mundũ eſſe: ſi quis velit cõtemplari cũ

Cũ diligentia attẽdẽs

diligentia. Tunc enim primum mouens neceſſe eſt mouere ipſum ſm naturam motũ: ⁊ ea quę mouentur non vi: in ſuis quieſcentia locis: eũ facere ordinem quẽ quidem nunc habent. ea quidem quę grauitatẽ habent: ad medium. Quę autem leuitatem: a medio. Hunc autem ordinem habet mundus.

B

Expoſitio ¶ Nunc reprobat opinionẽ Platonis: voluit enĩ Plato (vt in timeo dicit) elemẽta ante mũdi ipſius facturã moueri inordinate. Unde dixit ante mundi gñationẽ materiã inordinate fluctuaſſe. Materia aũt ⁊ elementa idẽ eſt: quare voluit ante gñationẽ mundi elementa moueri inordinate. Poſtea xo reducta eſſe ad motum ordinatũ ab ipſo deo: quã quidẽ reductionẽ Pla. appellat mundi genituram. Obijcit autẽ Ariſto. huic poſitioni aſſerẽs accidere illi: qđ Democriti ⁊ Leucippi opinioni accidebat. Unde inquit. hoc aũt idẽ ſupple abſurdũ: quod Democrito accidebat: neceſſe eſt accidere: ⁊ ſi (vt in timeo ſcriptũ eſt) ante mũdi facturã elemẽta inordinate mouebanť. ⁊ hoc facile ipſe deducit: ⁊ inquit. neceſſe eſt enĩ aut violentũ eſſe motũ ſupple eorũ ante mundi facturã: Aut ſm naturaʒ. probat ꝙ nõ ſm naturam: qꝛ tunc mũdus pręfuiſſet: ⁊ ita fuiſſet anteꝙ̃ eſſet: vnde

C

inquit: ſi autẽ ſm naturã mouebanť: neceſſe eſt tũc mũdum eſſe: ſiquis velit cõtemplari cũ diligentia. Deducit: qꝛ ex quo elemẽta tunc mouebanť ſm naturã: neceſſe eſt tunc primũ mouens mouere ipſuʒ ſupple primuʒ motũ ſm naturam: hoc eſt cęlũ. nam motus elementorũ reducitur ad motũ cęli, quare ſi tunc elemẽta mouebantur ſm naturam: oportet tunc cęlum a primo motore etiam moueri ſm naturaʒ. Oportebat etiam ea quę mouenť nõ vi: ſed propria natura: quęqꝫ quieſcunt ſuis in locis etiã nõ vi: ſed natura: eũ facere ordinem: quem quidẽ nunc habent: tã ſupple in quieſcendo: ꝙ̃ ſupple in mouẽdo. Expoſitiue videlꝫ ea quidem quę grauitateʒ habent: oportebat ad mediuʒ moueri: quę autẽ habent leuitatẽ: oportebat moueri a medio. Hunc autẽ ordinẽ mundus habet: igiť ſi hęc omnia ſunt ante mũdi facturam: oportet dicere munduʒ etiam tunc pręfuiſſe: ⁊ ita mundus eſſet anteꝙ̃ eſſet. Tacuit autẽ probare ꝙ an-

D

te mundũ elemẽta non poſſunt violẽter moueri: quia per ſe notum eſt: ꝙ ſi violenter mouerenť: oporteret illa naturalr̃ moueri: vt ſuperius eſt deductũ. ¶ Laborat autẽ expoſitor declarare quid Ariſto. velit per primũ mouens: ⁊ quid per ipſum motũ: quę certe patent. Ariſtoteles per primũ mouens intelligit primuʒ motorem incorporeũ: ⁊ per ipſum motũ intelligit cęlũ: quod eſt primũ motum a ſe ipſo idest a motore quod eſt ali-

Quę Auerro. cõ. 21.

quid ſui: vt nos expoſuimus. ¶ Auerroes aũt dat huic rationi vim: ⁊ vult ꝙ tres diſpoſitiones requiranť ad eſſe mũdi perfectũ. prima eſt: vt quędaʒ eorũ moueantur a primo motu. Secũda vt ꝗdã quieſcãt in ſuis locis. Tertia, vt quędã moueanť ad ſua loca. videlꝫ. illa quę fuerunt extra loca genita. modo ſi elementa ante mundi facturã mouebantur: cum non poterant moueri niſi naturaliter: tunc erant omnes iſtę tres diſpoſitiones: ⁊ ita tunc erat perfecte mundus. quare mũdus eſſet anteꝙ̃ eſſet. ¶ Quo xo ad verba attinet debes ſcire ꝙ in verbis arabicis ſunt hęc verba. Sed dico ꝙ elementa ⁊ reliqua: vbi Auerroes ait hęc verba poſſe eſſe rationem per ſe: ⁊ diſtinctam a ratione nunc facta ⁊ poſſe eẽ partem rationis factę: ſed quia hęc nulla ſunt: lege verba: vt nos legimus.

E

¶ Pręterea tñ aliquis quęret vtiqꝫ: vtrum poſſibile aut nõ poſſibile erat, inordinate mota: talibus etiã miſtionibus aliqua miſceri: ex quibus corpora cõſtat: quę ſm naturam cõſtituunť: Dico aũt vt oſſa: ⁊ carnes: quẽadmodũ Empedocles in amore fieri dicit. Ait enĩ ꝙ multoꝝ capita ſine collo ſũt orta.

In amore
In amicitia
In cõcordia
Collo
Ceruice

F

Expoſitio ¶ Scdo obijcit cõtra Platonẽ: ⁊ facit vnum quęſituʒ: ⁊ ad neutrã partẽ arguit. Quęſitum eſt hoc: vtruʒ ante mundi genituram elemẽta, quę inordinate mouebanť: poterant: vel ne talibus miſtiõibus miſceri: vt ex illis miſta complura orirenť. Unde inqt. pręterea tñ, hoc eſt illud vnum aliquis quęret vtiqꝫ: vtrũ poſſibile: aut non poſſibile erat, aliqua inordinate mota quę ponebantur ante mundi gñationem. talibus etiam miſtionibus miſceri: ex quibus corpora cõſtant ſupple illa: quę ſm naturã conſtant: hoc eſt miſta. Hoc eſt quęrere vtrum elemẽta ante mundi gñationem: quę inordinate mouebantur: poterant taliter moueri, vt ex illorum miſtione miſta proficiſcerentur: vel non poterãt ſic moueri. nec arguit ad aliquã partẽ: vt quidam exponunt: ſed dimittit inſolutũ: qꝛ quauis parte quęſiti cõceſſa, ſequir mundum eſſe anteꝙ̃ eſſet. Nam ſi nõ poterant elemẽta illa ſic inordinate moueri: vt miſta naſcerenť: erant igitur hac rõne in motu nõ cõfuſa: nec inordinata: ſed vniformia: ac ęqualia: ⁊ ſic fuiſſent ordinata: ⁊ ita ſeqť vt prius fuiſſe mundũ: ſin aũt poterant ſic inordinate moueri: vt

G

ide miſta naſcerenť: igiť erat gñatio miſtoꝝ ex elñtis: ⁊ ita, vt prius, erat mũdus: q̃re quauis parte quęſiti data: ſequr mundũ eſſe anteꝙ̃ eẽt: ⁊ ſic Ariſto. nõ curauit partes quęſiti examinare: qꝛ erãt aptę abſurdę. ¶ Auerroes aũt magnus verboꝝ Ariſto. cõfuſor: exponit hanc

Quę Auerro. cõ. 22.

rõneʒ, ſic: ſi elñta ante mundi geniturã mouebanť irregulariter: aut hic mot⁹ irregularis erat ꝑprius ac ſubſtãtialis illis. Aut ſupple accidẽtalis. Si motus irregularis erat ꝑprius elemẽtis illis: tunc elemẽta illa non poterãt ſuis naturis recipere ordinẽ a deo: qꝛ in eorum naturis erat carentia ordinis: ⁊ ita nõ poterat vnꝙ̃ ex eis fieri miſtio: nec aliqđ corpus: ⁊ ſic nõ poſſent vnꝙ̃ venire ad finẽ terminatũ. Sin aũt motus ille ante mũdi gñationẽ erat per accidẽs cõpetens elemẽtis: tũc poterat tolli ſine vi primi motoris: ⁊ ſic poſſent venire ad ordinẽ ſine vi motoris primi: qđ eſt cõtra Plato. Auer-

H

roes aũt primũ mẽbrũ tñ diſputat: ⁊ ꝑtermittit 2m. Addit Auerro. hoc idẽ accidere Empedocli: quoniã ſi elementa nõ habuiſſent nãm vt miſcerenť: nunꝙ̃ poſſent miſceri: ⁊ ita ex eis fierẽt ſemꝑ capita ſine collis: ⁊ colla ſine capitibus. Scdo, obijcit etiã Empedo. Ariſto. vt Auer. ait, ꝙ ſi qđlibet ſile eſſet a ſuo ſili cõgregatũ: Tũc eſſet poſſibile, vt amicitia faceret hanc cõgregationeʒ. Hęc ſunt quę Auer. ex textu collegit: ⁊ certe nunꝙ̃ hęc ſomniauit Ariſto. vt vidiſti. ¶ Deinde ſequiť illa pars cõmenti. Themiſtius aũt: Ubi Auerro. exponit textuʒ ſm Themi. ⁊ certe expoſitio eſt illa: quã nos dedimus. Uult igitur primo Themi. ꝙ Ariſtote. velit alio modo

I atq; alia ratiõe inferre φ data poſitione Plato: ſeqtur mundũ eſſe antequã eſſet: ⁊ dixit Them. φ alia ratione hoc deducit: q2 prima erat accepta ab elemẽtis: hec ſe-cũda accipit a miſtis. modo vtraq; ſunt mũdi partes. Scdo vult Them. φ Ariſto. fecit queſitum bimẽbre: ⁊ partes dimiſit nobis pficere. Tertio Them. cõpleuit membra: q2 ſi elemẽta ante mũdi gñationez poterãt cõmiſceri: tunc poterãt partes mundi fieri: ⁊ cũ partes nõ ſint niſi totũ ſic: igit mũdus pexſtitiſſet: ⁊ eſt ppoſitũ. ſi ipoſſe eſt illa miſceri: igit motus eo℞ erãt ordinati: q2 ſemp ſic ordinati: vt mũd9 fierent miſta: ⁊ ita vt prius/ ſequit mundũ fuiſſe: ſi enim diceret elemẽta poſſe eſſe ante mũdi gñationem aliquãdo moueri: aliquãdo non: ſaltẽ aliquãdo nõ potuiſſent cõmiſceri: ⁊ ita ſeqtur mũ-dum pexſtitiſſe. ¶ Ultimo Auerro. abreuiat expoſitio-nẽ Them. hoc modo: vel elementa ante mundi gñatio-nẽ poterant venire ad ordinẽ miſtionis: vel nõ. ſi pote-

K rant: igit tunc mũdus fuiſſet. Si non poterant. igit hac ratione erant ordinati: ⁊ ſeqtur: vt prius: mundum pre-fuiſſe. ¶ Hanc expoſitionez Them. reprobat Auerro. dicẽs/ eſſe difficilẽ intelligi ex verbis Ariſto. ſm trãſla tionẽ quã habebat: ſed ait ſuam eſſe veriſimiliorẽ. Ego ait dico ſuã nullo pacto verbis grecis ɔſonare. Sed illã Them. approbo: ⁊ dico fatuũ eẽ credere Ari. circa text9 exponẽs: cum ipſe ob malas trãſlationes ſepe deliret.

¶ His aũt qui in infinito ĩfinita mota faciũt: ſi quidẽ vnum mouens fuerit: vno moueri motu neceſſe eſt. Quare nõ inordinate mo-uebunt. Si aũt mouẽtia infinita ſunt: ⁊ la-tiones infinitas eſſe neceſſe eſt. Naz ſi finite ſint: ordo aliqs erit: nõ enim q2 in idẽ non fe-

L runtur: inordinatio accidit: neq; enim nunc in idem feruntur cuncta: ſed ea tñ: que eiuſ-dem generis ſunt.

Expoſitio ¶ Quidam arbitrant hanc rõnem eſſe cõtra Platonẽ/ non ſimplr: ſed coaſſumpta opinione Democriti. Ego vero opinor hanc rõnem eſſe cõtra Democritũ quaſi ex his: que dicta ſunt cõtra Platonẽ deductã. Inquit. his aũt qui in infinito vacuo faciũt infinita mota: que Ato-ma vocant: vt ſunt Democritici: dupliciter dicere poſ-ſunt: aut vnũ oĩuz ponẽdo motorẽ ſaltẽ ſm ſpeciez/ aut infinita ſm ſpẽm: ⁊ tot quot mota ipſa. ſi qdem omniuz Atomo℞ vnũ mouens fuerit ſm ſpeciem: vno moueri motu ſm ſpeciẽ neceſſe eſt: q̃re nõ inordinate mouebũ-tur: quoniã oĩa mouebunt ſub eadẽ rõne. Si aũt mo-uentia infinita ſm ſpeciem ſunt: etiam lationes ſm ſpe-ciem infinitas eſſe neceſſe eſt. Deducit hanc conſequen-tiã: naz ſi finite ſint ipſe lationes ſpecie: ordo aliqs erit. q2 omnes reducent ad vnam rõnem generis. Sed re-

M mouet vnam tacitã obiectionẽ: nam nunc ſunt infiniti termini ad quos mouent mobilia ſpa: ⁊ tñ eſt ordo. igi-tur in rebus infinitis põt eſſe ordo. Reſpondet/ nõ enĩ q2 in idem nõ ferunt ipſa mota: ſed ad infinita: ⁊ ab in-finitis inordinatio accidit: q2 nunc ſm rei veritatem in idem nõ ferunt omnia mota: ſed ſoluz ea que ſunt eiuſ-dẽ generis feruntur ad idẽ ſm genus: ⁊ que ſunt eiuſdẽ ſpeciei feruntur in idem ſm ſpeciez. quare licet omnia non ferantur in idem: tamen eſt ordo: quia feruntur in idem ſpecie: vel genere.

Que Auer ro. cõ. 23. **Auerroes** Autẽ in pſenti cõmento primo/ expo nit partes textus: ſecũdo diſputat cuz Them. ⁊ Alexã. Circa primũ vult φ Ariſto. declaret φ dicentibus φ ante mundũ fuerunt corpora infinita tẽ-pore infinito in vacuo infinito: cõtingit φ aliqua ordi- N natio fuit ante ordinationẽ mundi hoc eſt φ ordinatio aliqua fuit ante mundũ: qd relinquit tanq; ĩpoſſibile: ⁊ ſic (vt dicit) nõ vult deſtruere ſmonẽ eo℞ ſimpliciter: ſed tñ ad hoiem arguendo. ¶ Ulterius Auerro. colli-git in textu has cõſequentias: prima eſt ſi corpo℞ indi uiſibiliũ: que ante mundũ mouebant. motor eſt vnus in ſpecie: ſic φ forme eorũ erunt eiuſdẽ ſpeciei: igit mo-tus eorũ non erunt diuerſi: neq; ɔſequẽtes ſubſtantias idest materias eorũ corpo℞: ſed potius cõſequẽtes for mas eorũ: ⁊ addit φ quaſi per hec vult habere φ ſequi tur eſſe aliquẽ ordinẽ in eorũ motibus: ſꝫ motus eorum ſunt infiniti: cũ ſint eiuſdem ſpeciei oẽs. Scda/ ſi motus ſunt infiniti: q2 forme ſunt infinite: ſpecies motuũ erũt infinite: ⁊ proceſſus eorũ erit infinitus. Hec Auerroes colligit. ¶ Deinde ſeqtur illa pars. Et hoc explanauit Them. Ubi digreditur circa has cõſequẽtias. Ubi pri- O mo narrat/ que Them. dixit circa 2am conſequentiam/ ⁊ inquit. ⁊ hoc explanauit Them. ſic. l. ſi fuerint hmõi. ſ. motus infiniti ⁊ proceſſus infinitus: etiã erunt ordina ti: ⁊ ſic quomõ modo dicat ſeqtur ante mundũ fuiſſe or dinẽ. ¶ Et Alexãder hic Auerro: narrat que Alex. ait circa ſcdam cõſequentiã: ⁊ inquit. Alexander non dixit hanc explanationẽ: quã Them. ſuppleuit: ſed vult Ari ſto. ſermonẽ fuiſſe diminutũ: ⁊ non cõpleuit ſermonez ipſum: quẽ debuit cõplere. Immo ſolũ deſtruxit conſe quens dicẽdo φ eſt impoſſibile motus eſſe infinitos/ ⁊ ſpecies eorũ eſſe infinitas. Ecce igit φ Alexãder nõ cõ pleuit ſermonẽ Ariſto. ſed deſtruxit cõſequens. ¶ De-inde ſeqtur illa particula. Dixit Them. Ubi Them. re-prehendit Alexandrũ aſſerens eius expoſitionem eſſe turpẽ: ⁊ hoc dupliciter: primo/ q2 Alexã. videt velle ex textu hanc eſſe Ariſto. conſequentiam videlꝫ ſi motus ſunt infiniti: motus ſunt infiniti ⁊ proceſſus motuuz eſt P infinitus. Obijcit autẽ Them. φ Alexãder ſumit idem in cõſequẽte ⁊ antecedẽte ac ſi quis dicat ſi eſt animal: ergo eſt aial: ⁊ quaſi intendit Them. dicere φ errauit Alexã. q2 qui vult deſtruere aliquã poſitionẽ idest ali-qd antecedẽs: debet conſiderare quid ſeqtur ex illo: ⁊ ſi illud cõſequens nõ fuerit ſupple poſſibile: non erit il-lud antecedẽs poſſibile: Ut cõcedas/ ſi hoc eſt animal: hoc eſt Tragelphus. Naz ſeqtur non eſt Tragelphus: igitur non eſt animal. Sic igit patet φ primus error Alexandri eſt idẽ aſſumi pro antecedẽte: ⁊ pro cõſequẽ-ti. ¶ Deinde ſeqtur illa particula. Et etiã dixit: vbi ſe-cundo obijcit Alexan. q2 ſenſus Ariſto. non eſt arguere deſtructiue in ſcda cõſequentia: ſed conſtructiue inferẽ-do φ ſi motus ſunt infiniti ⁊ proceſſus infinitus: igitur fuit aliquis ordo ante ordinez mundi. he ſunt obiectio-

Q nes due Them. ¶ Deinde ſeqtur illa particula. Et in-tentio. Ubi Auerro. exponit Them. verba. ⁊ vult φ tri-fariam põt ſermo Ariſto. intelligi ſm Them. vno mo-do φ motus ſint numero ĩfiniti: ⁊ motores ⁊ mota eiuſ-dem forme ſiue ſpeciei: tunc ſeqtur illorũ motus habe-re ordinẽ: cum omnes ſint eiuſdem ſpeciei. Scdo mo-do põt intelligi φ motus ſunt infiniti ⁊ motores etiam infiniti ſpecie differentes: ⁊ etiam ſeqtur in illis eſſe ali-quẽ ordinẽ: q2 ſaltem hic φ motus ſunt tot quot forme mouentes: q2 diuerſitas motuũ ſeqtur diuerſitatem for ma℞ mouentiũ. Tertio: põt intelligi motus eẽ numero infinitos: ⁊ motores finitos. ſ. ſpecie: ⁊ motus etiã ſpecie finitos: ⁊ tunc ſeqtur/ vt prius/ eſſe ordinẽ in illis. Ex his colligit φ Them. voluit fieri tria antecedentia: ⁊ vnuz cõſequẽs: qd eſt in motibus illis eſſe ordinẽ. Alexãder

vero voluit

A ꝟo voluit tria etiã illa antecedẽtia: ⁊ ad primũ, ⁊ tertiũ
intulit eſſe ordinẽ. Ad 2ᵐ ꝟo dixit ſuũ ꝯñs eſſe deſtruẽ
dum. ❡ Deinde colligit ſummatim poſitionẽ Them.
⁊ inqt. quaſi igiť Ariſt. ſm hanc explanationẽ induxit
aliqd quaſi añs ſupple in ſcḋa rõne ſiue cõſequẽtia: et
aliquid quaſi ꝯñs: ⁊ tacuit ꝯñs ſupple ſcḋm: ⁊ ꝓpterea
qꝛ tacuit 2ᵐ cõſequẽs: Alex. reſiſtit Ariſt. in ſuo ſermo
ne arbitrãs illum ſermonẽ Ariſto. eſſe diminutũ. ⁊ pu
tauit ꝙ diminutio erat: qꝛ debuit deſtruere ꝯñs. vꝫ. mo
tus eẽ infinitos ⁊ infinitarũ formaꝝ: ac terminorũ: de
mũ epilogat, ⁊ inqt. hanc eẽ Them. expoſitionẽ, vel ſal
tẽ potentia eſt hec expoſitio Them. ❡ Deinde ſeqtur
illa particula. Et hoc nõ cõtingit Alex. Ubi nũc Auer.
defendit Alex. ab obiectionibus Them. Ad primã igi
tur rñdet ꝙ hoc non contingit Alexã. qꝛ ſermo Ariſto.
cõtinet añs: ⁊ cõſequẽs: ⁊ nõ eſt idẽ ꝯñs: qḋ antecedẽs:
B dꝫ enim ſermo Ariſto. ſic cõponi, ſi motus ſunt nume
ro infiniti ꝓpter formas mouentes ⁊ ꝑꝑ motiones in
alterũ: motus erũt ſpecie infiniti: ⁊ ꝓceſſus motuũ erũt
infiniti. modo ꝯñs eſt impoſſ: igiť ⁊ antecedẽs: ⁊ ita eſt
impoſſibile formas eſſe infinitas qꝛ motio in alterum
eſt infinita: pꝫ itaqꝫ ꝙ ſi ſic ratio cõponať: ꝯñs differt
ab antecedẽte. at Them. vt reprehenderet Alexandrũ:
poſuit quaſi ꝯñs idem cum antecedẽte: ⁊ dixit verũ cõ
ſequẽs eſſe ablatũ a textu: ſed eſſe ſupplẽdũ modo: quo
ſuppleuit ipſe. Ulterius ait ꝙ Alex. voluit Ariſtotelẽ
nõ deſtruxiſſe cõſequens: ſed poſuiſſe oppoſitũ poſitio
nis ſiue antecedẽtis: hoc eſt oppoſitũ ꝯſequẽtis. Ecce ꝙ
Alex. voluit Ariſto. nõ poſuiſſe niſi añs, ⁊ oppoſitũ cõ
ſequentis: ⁊ tacuiſſe ꝯſequens. Sed difficile eſſet vide
re quo modo valet hec ꝯſequentia, motus ſunt numero
infiniti: igiť motus ſunt infiniti forma. ❡ Tu ꝟo cõſi
dera dicta Auer. qꝛ Rñdet antecedẽs qḋ eſt ꝙ motus
C ſunt infiniti numero põt dupl̃r intelligi, aut hoc modo
ꝙ motores differunt forma: ⁊ ſic ſeqtur motus eſſe ſpe
cie infinitos. Aut hoc modo ꝙ motus ſint numero infi
niti: ⁊ in ſe forma differẽtes: ⁊ tunc añs nõ differt a con
ſequẽte. ⁊ Alexan. loqtur primo modo: per hec pꝫ error
Them. ⁊ qḋ nõ valet id qḋ dicit ꝯtra Alex. qꝛ nõ intel
lexit diffam inter añs ⁊ ꝯſequẽs: ⁊ ꝓpterea dixit Alexã.
deſtruxiſſe poſitionẽ. i. antecedẽs: qꝛ credidit ꝯñs non
differre ab antecedẽte: ⁊ ſic obiectio Them. ꝯtra Alex.
nulla eſt. ❡ Deinde ſeqtur illa particula. Sed tñ qḋ
Alex. vbi defendit Ariſto. aſſerens obiectionẽ Alex. cõ
tra Ariſto. nullã eſſe: qꝛ ſi expoſitio eẽt (vt Alex. ait) ſo
lũ ꝯñs fuiſſet diminutũ: qḋ nõ eſt diminutio: qꝛ facile
põt illa deſtructio ſubitelligi: veluti ſepe diminuit mul
tas ꝓpoſitiones per ſe notas: que pñt facile ſuppleri: ꝓ
pterea cõcludit, que igiť diminutio cõtingit in hoc Ari
ſtotel: q. d. nulla. ❡ Deide ſeqtur. Niſi Alex. Ubi oſtẽ
D dit quõ cõtradictio Alex. ꝯtra Ariſto. hẽt locũ: ⁊ ait ꝙ
tũc hẽt locũ: qñ expoſitio Alex. cõcordaret cũ Them.
in faciẽdo tria antecedẽtia ⁊ vnũ ꝯñs. vꝫ. ꝙ ante ordi
nẽ eẽt ordo: tunc eñ Ariſto. cõceſſiſſet eis motus eẽ in
finitos in ſpecie: ⁊ infinitos in ꝓceſſu. Qḋ ſi ita eẽt: tũc
dupl̃r Alex. Ariſtoteli reſiſteret: p̄mo, qꝛ cõceſſit hoc il
lis: qḋ nõ erat cõcedendũ. Scḋo, qꝛ a rõne fuiſſet dimi
nutũ ꝯñs: qḋ non facile ex antecedẽte intelligereť. ꝓri
mũ tangit Auer. hic. Scḋm ꝟo tetigit ſupra, ⁊ ꝓpterea
cõcludit: ꝙ melius eẽt facere duo antecedẽtia: primũ, ⁊
tertiũ, inferẽdo ordinẽ ante ordinẽ: ⁊ ꝑtermittere ſcḋaꝫ
diuiſionẽ. i. 2ᵐ añs: non inferẽdo ordinẽ ante ordinẽ.
Nam ſic exponẽdo non deſtruit primã intentionẽ Ari
ſto. que eſt obijcere antiquis cogẽdo illos ponere ordi
nẽ ante ordinẽ: nã licet hoc nõ ſequatur ex tribus ante
cedẽtibus: ſeqtur ex primo ⁊ vltimo. ex ſcḋo ꝟo ſeqtur E
impoſſibile: qḋ deſtruxit: ⁊ ſic oĩno habeť ordo ante or
dinẽ: que eſt p̄ma Ariſto. intentio ꝯtra antiquos: vt etiã
Them. exiſtimauit. ❡ Deide ſeqť illa particula. Ari
ſtoteles enim põt. Ubi quaſi ponit tertiam expoſitio
nẽ: circa quã debes ſcire ꝙ tres pñt fieri diuiſiones de
partibus Atomis: quas ponũt Democritici moueri an
te mundũ in vacuo infinito motu inordinato. Prima
eſt, ꝙ partes ſint finite ſpẽ, numero ꝟo ſiue finite: ſiue
ĩfinite: ⁊ motus ſit finitus. ⁊ hec diuiſio eſt ſm nãꝫ. Nã
ſm naturã partes mũdi ſunt qnqꝫ ſpecie: ⁊ motus etiã
finiti. Scḋa diuiſio eſt ponẽdo partes Atomas ſpecie
infinitas: ⁊ motus infinitos. Et hec diuiſio eſt oĩo ꝑter
nãlis: ⁊ ex toto p̄me oppoſita. Tertia eſt, ꝙ partes ſint
infinite ſpecie: ⁊ motus vel motores finiti: ⁊ hec etiam
eſt ꝑternaturalis. Ait modo Auer. ꝙ ex prima diuiſiõe
F cõceſſa ſeqtur ordinẽ eẽ ante ordinẽ. Nam ſi concediť
Atoma eſſe ſpecie finita: ⁊ motus finitos ante mundũ:
ſeqtur illa moueri ordine: ⁊ cũ ſint ante mũdũ: erunt an
te ordinẽ: ⁊ ita ſeqtur ordo ante ordinẽ. Due alie diuiſio
nes ſunt falſe: ⁊ ꝑternaturales. Ecce quaſi hec eſt tertia
expoſitio: ⁊ applicando hanc ſniam verbis: ait ꝯ Alex.
ꝙ ſm hoc non intendit deſtruere illud cõſequẽs. vꝫ. ꝙ
motus ſit infinitus: ⁊ partes infinite: ſed accipit hoc q̃ſi
antecedẽs ⁊ infert ordinẽ ante ordinẽ: vt dictum eſt. qꝛ
velle videť partes illas eſſe eiuſdeꝫ forme ac ſpeciei: ⁊
ſic applicando diuiſiones verbis: tandẽ ait redeundo
ad expoſitionẽ Alexandri ꝙ apparet vl̃r ꝙ diuidit ſer
monẽ in tres diuiſiones: vbi mediã deſtruxit: ⁊ primã,
⁊ tertiã accepit ꝓ antecedẽtibus ĩferẽdo ordinẽ añ or
dinẽ. Themiſtius ꝟo voluit tria eẽ antecedẽtia ⁊ vnũ
oĩbus cõſequẽs, videlꝫ ꝙ ordo ſit ante ordinẽ. ❡ De
inde ſeqtur illa particula. Diuiſio nãlis. Ubi Auer. vt
cõplete loquereť reducit diuiſionẽ ad quatuor: ſuppo
G nit eñ ptes illas indiuiſibiles: que dicunť Atoma: qua
drifariã poſſe cõſtitui: aut ponendo formas illarũ fini
tas ⁊ motus finitos. ⁊ hec diuiſio eſt nãlis. Nam ſm rei
veritatẽ partes rerum ſunt numero infinite: ſed forma
ſunt finite: ⁊ motibus etiã finite. Et ait in textu Ariſto.
eſſe hoc tertium concludens. 2ᵐ eſt ꝙ forme ſint ſpe
cie infinite: ⁊ motus etiam infiniti ſpecie. Et hoc 2ᵐ eſt
ꝑternaturale oĩno: de quo fuit queſtio inter Them. ⁊
Alexan. vtrũ hoc cõceſſo ſeqtur ordo ante ordinẽ. ⁊ di
uerſimode fuit rñſum: nam Them. voluit ꝙ ipſo cõceſ
ſo ſeqtur ordo ante ordinẽ: ⁊ Alexander voluit ꝙ erat
ꝯſequẽs deſtruendũ. Tertiũ mẽbrũ inter hec medians
eſt, ꝙ forme ſunt finite: ⁊ motus infiniti: qḋ mẽbrũ fuit
primũ in textu: ⁊ ꝓpinquũ nãli: ⁊ ideo exiſtimať ꝙ or
do ſit ante ordinẽ ipſo ꝯceſſo. Quartũ mẽbrũ eſt, ꝙ for
me ſunt infinite: ⁊ motus finiti. ⁊ Ariſto. nõ poſuit ipm
in textu: aut virtualiter cõtineť in primo, vel ſcḋo di
uidente. Reliquũ cõmenti perſpicuũ eſt. Hec ex cõmẽ
H to collegi. ❡ Ego ꝟo cõſiderans ⁊ ſup cõſiderans non
inueni has diuiſiones in textu: ſed ſolũ reperi duas di
uiſiones: p̄ma eſt, ſi Atoma ante mũdũ ſunt infinita: du
pliciter fieri põt, aut ꝙ motores eorum erũt finiti puta
vnus vel plures finiti: ⁊ ſic ſeqtur Atoma nõ inordina
te moueri. Nã licet Atoma ſint infinita: qꝛ tñ motores
ſunt finiti: in motibus eoꝝ erit aliquis ordo. Aut põt
intelligi Atoma infinita: ⁊ motores eẽ infinitos ſpecie
⁊ eſt ſcḋa diuiſio: ex qua infert lationes eẽ infinitas ſpe
cie: ⁊ hoc mẽbrũ voluit Alex. eẽ deſtruendũ: quo modo
fuit deſtructũ primo huius. Ubi ꝓbatum eſt tres eſſe
tñ motus ſpecie. Poteſt tamẽ per verba illa. Nã ſi fini
te. Innui tertiũ membrum. vꝫ. ꝙ Atoma ſint infinita: ⁊

I motores infiniti ſpē: ⁊ motus finiti: ⁊ tunc ad hoc tertiū infert ordinē eſſe ante ordinē dicēs. ſi eni finite ſint motiones: ⁊ ſupple Atoma ⁊ motores infiniti: aliqs ordo eſt ſaltē ex pte motuū: qꝛ eē finitū ordinatū eſt aliquo modo. Et ſic duo mēbra ſūt in textu nr̄o expreſſa: ⁊ tria pñt intelligi: quoꝝ primū ⁊ tertium infert ordinē ante ordinem. Scđm infert vnū conſequens deſtruendum ſm Alexandrū. Cetera vero que dicit Auer. circa textū: ſunt ſupflua. ℭ Deinde Ariſto. parte illa. Neqꝫ enim nūc. Soluit dubitationē (vt et Auerro. notat) que poſſet oriri: vt diximus in expōne textus. Tu vero vides quo modo multa dixit Auer. extra ppoſitū: que applicauit verbis Ariſto. qbus applicari non poſſunt: vt mihi vr̄.

Eē verbū additum. ℭ Preterea ipſum eē inordinate nihil aliud

U deſꝫ ver bū additū eſt: qꝫ eſſe pter nām: ordo enīꝫ ppria nā ſenſibiliū eſt. At vero ⁊ hoc abſurdūꝫ ⁊ impoſ-

qꝫuis ⁊ nū ſibile eſt: ipſum videlꝫ infinitū inordinatūꝫ

A fortuna: motū hr̄e. Eſt enim ea rerū natura. Quam

vt ↄtingit. plures ⁊ pluri in tpe habent. cōtrarium igi-

K tur ipſis accidit: inordinationē quidem eſſe ſm naturam. ordinem vero atqꝫ mundū pre-ter naturam. Quāuis nihil eorum que ſunt

Expoſitio ſm naturam: a fortuna fiant.

ℭ Scđo obiicit Democrito: ⁊ pōt ratio cōponi logice hoc pacto: ſi an̄ mundū Atoma mouebanī motu inordinato: tūc ordo erit preter nām. ⁊ inordinatio erit ſm nām. deducit ↄñtia: qꝛ motus ille inordinatus an̄ mundū fuit in oībus Atomis ⁊ tpe infinito: motus aūt ordinatus poſt mūdi gn̄ationē nō eſt in oībus Atomis: nec tpe īfinito: qꝛ ſꝫ Democritū mūdus fuit ſub nō eē in pterito infinito: ⁊ ſub eſſe in tpe finito. Quare ſeqtur motū inordinatū: cū fuerit plurībus cōpetēs: ⁊ maiori tpe:

L etiā ſm nām: ⁊ ordinatū eſſe pter nām: qꝛ nō oībus: nec maiori tpe. Inqt. pterea ipm eē inordinate nihil aliud eſt qꝫ eſſe pter nām. qđ declarat. d. ordo enim ppria nā ſenſibiliū nāliūqꝫ corpoꝝ eſt: eſt eni ordo corpis nālis ad aliquē finē: illius ad illū finēꝫ inclinatio. Inclinatio vero rei: ⁊ eius nā inclinans ad illū finē idē eſt. Et ſic ordo rei: ⁊ nā rei idē eſt. ⁊ ita pꝫ ordinē eſſe ſm nām: imo potius ipſam nām: ⁊ inordinationē eſſe pter nām. accepta hac ſuppoſitiōe pcedit ad rōnē: ⁊ inqt. at vero ⁊ hoc abſurdū ⁊ impoīe eſt ipſuꝫ. vꝫ. infinitū inordinatū motum hr̄e: ⁊ ſic repugnat motū infinitū eſſe inordīatuꝫ: qꝛ (vt ait) ea reꝝ nā eſt: quā plures. ſ. res: ⁊ pluri tpe habēt. mō ipſis Democriticis accidit dicere cōtrariū. vꝫ. q ordo ⁊ mūdus ſint pter nām: ⁊ inordinatio ſm nām. Et qđ accidat ſic dicere: pꝫ. qꝛ inordinatio illa pcedens mūdū cōpetebat plurībus: ⁊ maiori tpe. ordo aūt poſt

M mūdi gn̄ationē ↄpetit paucioribus ⁊ breuiori tpe. que ratio docet inordinationē eſſe ſm nām: ordinēꝫ aūt pter nām. ⁊ apponēs deſtructionē ↄñtis. inqt: qꝫuis nihil eoꝝ que ſunt ſm nām a fortuna fiat: hoc eſt pter ordinē ⁊ breuiori tpe. Eſt igiī ratio breuis q Democritici ſic dicētes ſibi ipſis ↄtradicūt: qꝛ cogunī dicere ordinē

Que Auer ro. cō. 24. eſſe pter nālē: ⁊ inordinationē ſm nām. ℭ Quo vero ad verba attinet: per eē a fortuna: intelligit: (vt dicit Auer.) eſſe in paucioribus tpibus. Nā qđ fortuna vel caſu eſt: in minori tpe eſt: ideo accipit alterū p altero. ℭ Aiaduerte igiī ſm Auer. q Ariſt. Platoni ↄtradicit p hanc rōnē: ⁊ nō Democrito: nā Pla. poſuit res moueri ante mundū motu inordinato tpe infinito. In ↄdicēdo igiī Pla. vult eū accipere duas ſuppoſitiones: prima eſt in ordinatū ⁊ indefinitū eſt pter nām. Scđa eſt: ordinatū ⁊ definitūꝫ eſt ſm nām. His acceptis: arguit ſi res mouebanī inordinate tpe infinito ante mūdūꝫ: ergo motu nāli: tenet argm̄ ex ſuppoſitionibus: qꝛ ordinatū definitūꝫ eſt maiori tpe ⁊ plurībus ſubiectis cōpetēs. res vero poſt mūdi gn̄ationeꝫ mouebunī motu finito: qꝛ ex quo ceperūt moueri aliqñ: deſinent moueri: vt deductū fuit in 1° libro. ⁊ ita pꝫ tps motus reꝝ ante mūdi gn̄ationeꝫ fuiſſe maius tpe motu reꝝ poſt gn̄ationē. Mō regula eſt illud eē naturale: cuius tps eſt maius: vt de ſanitate dicit illud minus, cuius tempus eſt minus: vt de egritudine. Hec Auerroes breuibus.

N

ℭ Uidetur autem Anaxagoras hoc ipſum bene accepiſſe. Ex immobilibus enim incipit mundum conficere.

ℭ Uidet mihi q Ariſt. velit cōparare inter opiniones Pla. ⁊ opiniones alioꝝ phyſicoꝝ: vt oſtēdat oīno Pla. erraſſe. Ubi debes ſcire q Plato duo poſuit circa corpora: que erāt ante mundū. Pmo qdē: qꝛ poſuit illa moueri. Scđo qꝛ poſuit ipa ſegregata. Circa pmū cōparat opinionē Pla. opinioni Anaxagore: ⁊ inqt. videt aūt Anaxagoras hoc ipſum bn̄ accepiſſe: ⁊ explicat qđ bn̄ accepit: ⁊ inqt: ex immotis eni incipit mundū cōficere. quare melius Anaxagoras ex immotis mundū facit qꝫ Pla. ex motis. Anaxagoras eni (vt Auer. ait) dixit res ſtetiſſe tpe infinito in ipſo Chaos ſine mixtione: donec intelligētia cepit res diſtinguere. Cā aūt quare melius eſt facere mundū ex immotis: qꝫ ex motis: eſt qꝛ gn̄atio fit ex ente in poa: ⁊ nō ex ente in actu. modo immota videntur magis ens in potētia: ⁊ mota ens actu: que ratio docet rōnabilius dixiſſe Anaxag. qꝫ dixit Plato. nam Pla. qſi fecit mūdū ex ente actu. Anaxa. ex ente in poa.

Expoſitio O

Que Auerro. cō. 25.

ℭ Enituntur aūt ⁊ ceteri congregantes aliquo modo: mouere ⁊ ſegregare. ex diſtantibus aūt ⁊ motis gn̄ationē facere nō eſt rōni cōſonum. qua ppter ⁊ Empedocles omittet eū motum: qui in amore eſt: nō enim celum cōſtituere potuiſſet: ex ſeparatis quidē conſtruens. ob amorem aūt faciens congregationem. Ex ſegregatis enim elementis mundus eſt conſtitutus. Quare ex vno fieri: ⁊ congregato neceſſarium eſt.

Autem Enim P

ℭ Nunc cōparat opinionē Plato. opiniōibus ceteroꝝ phyſicoꝝ quo ad 2m: ⁊ vult q melius dicat Empedocles qꝫ Pla. circa gn̄ationē mūdi quo ad 2m: qꝛ Empedocles ait mūdū fieri ex elr̄tis cōgregatis: qñ per liteꝫ diſgreganī. Plato vero voluit mundū fieri ex diſgregatis: que inordinate mouebanī. Mō melius eſt facere mundū ex ↄgregatis: qꝫ ex ſeparatis. Nā diſgregata videnī qſi eē in actu: cōgregati qſi in potētia: nō eni aliq̄ diſgregari poſſent: niſi eēnt p ſuas formas i actu. Nec aliq̄ cōgregari niſi eēnt aliq̄ mō reducta in vnū: in quo eſſent aliquo mō in poa. Inqt. enitunī aūt ⁊ ceteri congregātes aliquo mō vt Anaximander: ⁊ Empedocles: enitunī dico ad ſaluādā gn̄ationē mundi mouere ⁊ ſegregare ſupple elr̄ta ex illo vno: in quo vnita erāt. ⁊ q hoc ſit bn̄ dictū: pbat: ex diſtātibus eni ⁊ motis gn̄ationē facere nō eſt rōni ↄſonū. qꝛ ſic gn̄atio eēt ex entibus in actu: vt dictū eſt. ⁊ ad huius rei ↄfirmationē adducit opinionē Empedoclis circa mūdi gn̄ationē: ⁊ inqt. qua pp ⁊ Empedo. omittit eū motuꝫ: q in amore eſt ſupple in gn̄atione

Expoſitio

Q

A in gñatione mūdi vl'i:q2 nō vult mūdū fieri per cōcordiam atq3 amorē elntoꝝ:ſed potius per diſcordiā:non enim ceſiū.i.mūdum ipm potuiſſet ɔſtituere:ſupple per amorē:velut ɔſtituit aīal per amorē elntoꝝ:opꝫ.n.mundū ipm fieri per litē coꝝ elntoꝝ:quę in amicitia erāt ante mūdi gñationē. Propterea īngt Ari.nō enim mūdū potuiſſet ɔſtituere,ɔſtruens dico ipm ex ſeparatis ꝓpter litē:ꝛ deſtruēdo ob amorē faciēdo ipam ɔgregationē:vt fit in gñatione pticulari rerū:aīal enim fit cōgregatione ſeparatoꝝ:corrūpit aūt ſeparatiōe ɔgregatoꝝ:mūdus xo nō ſic.nō enim fit ɔgregatione ſeparatoꝝ. Nec corrūpit ſeparatiōe ɔgregatoꝝ/ſed fit ſeparatione/ꝛ corrūpit ɔgregatione. Eſt igit ſeries textus:nō enim mūdū potuiſſet ɔſtituere/modo quo aīal ɔſtituit: videlꝫ ɔſtruēdo ipm ex ſeparatis:ꝛ deſtruendo ipm ob amorē:faciēdo ɔgregationē elntoꝝ:q2 nō ɔſtructione elntoꝝ mūdus orit:ſed ſeꝑatione coꝝ:quę erāt in vno.

B Ex ſegregatis enim elntis mūdus eſt ɔſtitut⁹. Ideo cōcludit quare ex vno ꝛ ɔgregato neccium eſt fieri:ſupple ſi fit. Ex his vult dīcere ꝙ dupl'r Plato errauit. Primo/ quia mūdum fecit ex motis. Secūdo/quia mūdum fecit ex ſeparatis atq3 diſtantibus. Melius igitur ex vno ꝛ immoto eſt mundum facere.

Quę Aui. cō.25. **Auerroes** xo circa hunc tex.dicit quatuor.pmū eſt/cur Empedocles poſuit litē ꝛ amicitiā ante mūduꝫ:ꝛ ait illas poſuiſſe:vt dicat res moueri nō a ſe ꝓpꝛiiſq3 naturis:ſꝫ a motorib⁹ extrinſecis.vꝫ. litē:quę mouet ad ſeparatiōeꝫ:ꝛ amicitia quę mouet ad ɔgregationē. Naꝫ cum mūdus fieri nō poſſit/niſi elnta ante mūdū mouerent:ꝛ nec moueri pſſit a ſe.igit oportet ponere litē atq3 amicitiā/vt res ipſę ex qb⁹ mūdus eſt:moueant ad mūdi gñationē. ¶ 2ᵐ eſt ꝙ Empedocles iuuabat in ponēdo litē ꝛ amicitiā:q2 dixit mūduꝫ fieri ex rebus quę erāt ante gñationē mundi ſegregatę:

C quē motū ex lite ipſa hēbāt res. Deinde mouebātur ex amicitia adinuicē donec ex eis fuit ɔgregatus iſte mūdus. Ecce ꝙ Auer.de intētione Empedo.voluit mūdum fieri ex rebus diſgregatis ꝓpter litem:ꝓpter amicitiaꝫ aūt cōponi ꝛ pfici. Huius ɔ̄triuꝫ eſt in nr̄is gręcis codicibus:di enim ꝙ Empedo.genuit mūdū ex rebus ɔgregatis:quę poſtea ex lite ſeparatę mūdū faciūt. Et cā erroris(vt ſępe dixi)eſt q2 malas hēbat trāſlationes. ¶ 3ᵐ qō Auer.aīt eſt cā/cur hęc oīa voluit Empedo.ꝛ ait,hęc oīa feciſſe ad fugiēdū abſurda:quę ɔtingūt alijs. Nam alij cogebant dicere motū ineſſe rebus a ſe ante mūdi gñationē:ꝛ ſic hoc fugiēdo poſuit litē ꝛ amicitiā. ¶ 4ᵐ eſt/ꝙ alij hoīes dixerūt mundū fieri ex re quieſcēte:ex qua ſegregata mūdus fiebat. Et h̄ dixerūt euitādo impoſſibilia:quę ɔtingūt dicētibus fieri mūduꝫ ex motis. Hęc Auer.notat circa expōnem tex.quoꝝ 2ᵐ eſt penit⁹

D ɔtra nr̄m textū:cętera/ꝛ ſi nō ſint ɔtra textum/nihil faciūt ad textū:vt tu videre potes:qui legis nr̄as tranſlationes fideles ex gręcis lib. ¶ Deinde ſequit illa pars

Digreſſio Auer. cōmen. Et debes ſcire:vbi Auer.digredit. Ubi p̊ diſputat/vtruꝫ mūdus factus ſit ex rebus quieſcētib⁹:ꝛ rn̄det ꝙ dicētibus mūdū factū eſſe ex rebus quieſcētib⁹:ɔtingūt ɔ̄dictiones ſiles ɔ̄dictionib⁹ coꝝ:qui dicūt ipſum fieri ex rebus motis:ꝛ ita vult vtriq3 ſectę accidere abſurda. ¶ Deinde ſequit. Quęrēdū eſt enim. Ubi pſequitur oſtēdēdo ɔ̄dictiones:quę ſequūtur dicētes mūdum fieri ex quieſcētib⁹:ꝛ arguit ſic/mūdus fit ex reb⁹ quieſcētib⁹:aut illę res quieſcētes quieſcūt nāliter ante mūdi gñationē:aut violēter/ſi violēter quieſcebāt.igit hūit quietē nāliter. Uiolētum enim nō eſt/niſi reſpectu nālis:ſi enim terra quieſcit violēter ſurſum:nāliter ſtabit

E deorſum:ꝛ ſi ignis deorſum violēter ſtabit:quieſcet ſurſum nāliter. Oſtendit/ꝙ nec nāliter:q2 ſi elnta quieſcebāt nāliter/hēbāt motū nālem:eſt enim quies nālis finis motus nālis:ſi terra eniꝫ quieſcit in medio nāliter:ad mediū nāliter mouebat. Et ſic pꝫ ante mūdum elemēta moueri ꝛ quieſcere nāliter. Et cū hęc duo habēt elnta ipſa:neceſſe eſt/vt mūdus ſit anteq̄ ſit. Nam ideꝫ eſt locus motus nālis ꝛ quietis nālis. Igit ea pars mūdi:vbi hęc ambo loca ſunt.ſ.quietis ꝛ motus/erit eadeꝫ numero. Oportet igit fateri dari/aut ſurſum/aut deorſuꝫ:ꝛ quouis dato:opꝫ dare vtrūq3/ꝛ vtroq3 dato:ſequitur mūdū eſſe. ¶ Deinde ſequit. Et hoc declaratū eſt: vbi ꝓbat locū quietis nālis/ꝛ locū motus nālis eiuſdeꝫ corpis eſſe eūdē:q2 ſi nō eēt ideꝫ locus:tūc motus nālis nō eſſet ad ſupius/neq3 ad iferius:ſed vbi totū ipm elemētū quieſceret. Uerbi grā.gleba nō moueret ad medium mundi:q2 ſit locus quietis nālis glebę:ſed q2 illic quieſcit totū:nec gleba ignis moueret ad ɔcauum:q2 illic eſſet locus nālis eius:ſed q2 illic eſt totus ignis.quare ſequeret/ꝙ in vniuerſo nō eēt ſurſum ꝛ deorſuꝫ ſimpliciter:ſed in reſpectu tm̄. Oportet igit dicere eē locū

F nālem:vbi elntū nāliter quieſcit:ꝛ ad quē elntū nāliter mouet.ꝛ ſic erūt ſurſum ꝛ deorſum:ad quę elnta feruntur. ¶ Deinde ſequit. Et ideo oīs:vbi Auer.infert duo excerpta.pmūꝫ ꝙ qui ponūt mūdū fieri ex entibus:cogunt dicere mūduꝫ eſſe anteq̄ ſit deductū eſt hoc:q2 ſi mūdus fit ex entibus/vel in actu/vel in potentia. Si in actu/nō pſſit eſſe niſi elnta.ꝛ ita ſequit/vt prius mūdum eſſe anteq̄ ſit. Si nautem ex entibus in potētia:tūc nō eſſet niſi mā:mā enim dī ens in potentia:vt ſępe deductum eſt. Sed cū mā nō ſit ſine forma:oportet ꝓceſſiſſe formā. Mūdus igit fit corrupta priori forma ex illa materia. Sed nihil pōt corrūpi/niſi alteratio ꝓceſſerit: oportet igit ꝓfuiſſe primū alterās:ꝛ tale eſt celū.igitur

G mūdus fuiſſet anteq̄ eēt. Patet igit ſi mūdus fit ex entibus/mūdū fuiſſe anteq̄ eſſet. ¶ Deinde ſequit. Ex ratione:vbi īfert 2ᵐ.vꝫ.ꝙ ſi mūdus fieret ex nihilo:tunc nō eſſe trāſmutaret in eſſe. Et ꝓpterea ait/antiquos oēs dixiſſe mundū fieri ex nihilo eſſe ipoſſibile:quę res(vt ait)eſt ɔtra eos:qui ponūt leges. Sed qcq̄d velit ſua ſecta:hoc qō dicit nihil eſt ɔtra nos:naꝫ nos nō dicimus mūduꝫ fieri ex nihilo per verā gñationem:q2 ſic ſequeret ipm nihil trāſmutari ſubiectiue in eſſe:gñatio enim illa nō potuiſſet recipi/niſi in ipo nihilo:poſtq̄ nō pręceſſit materia. Sed dicimus fieri ex nihilo per creationē:quę nihil aliud eſt q̄ ipſemet mūdus creatus:ꝛ ideo nihil valet:qō ait hic hō. ¶ Deinde ſequit illa particula. Dicit Themiſtius:vbi ſecūdo loco in pn̄ti digreſſione diſputat opinionē Platonis. Et p̊mo narrat quę dicit Themiſtius:ꝛ dicit Themiſtiuꝫ voluiſſe/ꝙ dicētes mūduꝫ eſſe factū ex rebus nō ordinatis vel motis inordinate/nō pſſit fugere hęc ipoſſibilia:q2 iſti cogūtur di-

H cere mūdū factū eſſe ex entibus in actu:ꝛ ita ſequit mūdū fuiſſe anteq̄ eſſet:vt deductū eſt. ¶ Deinde ſequit. Et pōt hō dicere.vbi ponit modū quo Themiſtius defendit Plat.ꝛ ait p̊mo/ꝙ nō intellexerūt vetēres his ſermonibus ɔtra Plat.opinionē eius ſm rectitudinē:ꝛ recta via/cum nō intelligat id qō ſibi imponūt:ex verbis eius. Et ita vult ꝙ ordo ꝛ mūdus fiat ex nō ordine ꝛ nō mūdo. Uelut morbus nō fit ex ſanitate:ſed ex nō morbo. Mūdus igitur vel ordo per ſe fit ex nō ordine vel nō mūdo. Per accidēs aūt ex rebus inordinatis/velut per accidēs ęgritudo fit ex ſanitate. ¶ Deide ſequitur. Sed q2:vbi ſoluit adhuc replicam ɔtra Platonē:quia Plato ait/mūdū fieri ex inordinato.ꝛ nō dicit ex inor-

I dinatione. Scḋo/qꝛ inordinatio eſt aliqua ꝑuatio: ꝛ pri/
uatio ꝑſupponit ſubm in quo eſt. Rñdet inordinatū di
ci tot modis/quot dr̃ iforme: dr̃. n. aliqd iforme: qꝛ ſedū/
vt hō ſedus dr̃ informis: ꝛ dr̃ informe per ꝑuationē for
mę: vt mã dr̃ iformis: qꝛ carēs forma. Ad ꝓpoᵐ cuꝫ Pla
to dixit mūdū fieri ex inordinato: intellexit mūdū fieri
ex mã: quę dr̃ iformis ꝛ inordinata per ꝑuatiōeꝫ formę/
ꝛ per ꝑuationē ordinis. Dr̃ etiā nō qualis: qꝛ caret qua/
litate: q̃uis nullo tp̃e ipſa fuit qualis per eēntiā: dr̃ enī
nō quale dupl'r: vel qꝛ ſede quale: vt turpe/vel per ꝑua/
tioneꝫ: qꝛ caret qualitate/vt mã: ꝛ h̃ pacto nō quale pōt
dici inordinatū: qꝛ ordo eſt quędā qualitas. ꝛ ita carens
ordine dici pōt nō quale. Patet igr̃ mūdū fieri ex inor
dinato/iformi/ꝛ nō quali: qꝛ ex mã/quę eſt iformis/in/
ordinata: ꝛ nō qualis per ꝑuationē formę/ordinis/ꝛ q̃li
tatis: ꝛ ſic pꝫ ſol. ad obiectiones. ❡ Deinde ſequit̃: qm̃ aūt
K Plato. Ubi diſputat Auer. aliud motiuū ꝯtra Plat. qḋ
erat: qꝛ ipſe dixit inordinationē ꝑcedere ordinē: ꝛ nāle
ꝑus eſt nō nāli. ſequit̃ inordinationē eē rem nālē: ꝛ or/
dinē eē rem ꝑter nãm. Rñdet ꝙ ex v̾bis Pla. etiā col/
ligit̃ oppoſitū: vt ex ſuis libris ſatis ꝯſtat. Pōt etiā col/
ligi oppoᵐ ex his/quę ait. dicit enim inordinationē eſſe
in malo: ꝛ omne diuinū eſſe antiquū ꝛ ęternū: ꝛ ita ma/
lū nō pōt eſſe in rebus diuinis: ſed in nã mortaliū: ꝛ ita
in rebus poſteriorib⁹. ꝑ. omne qḋ fuit diuiū/ꝑ fuit mor
tale. Et dicit alibi deū eſſe ęternū/ꝛ ſine fine/ꝛ ſine ordi
ne. Ex qbus pōt colligi/ꝙ inordinatio eſt poſterior or/
dinatione/cū ſit in malo qḋ eſt poſterius bono: ꝛ re ipſa
diuina: pōt etiā colligi/ꝙ ſit ꝑor ordinatiōe: nã dr̃ deus
ſine ordine: ꝛ ſic inordinatū/qḋ eſt deus/eſt ꝑus re mor
tali/quę dr̃ ordinata: quare hincinde pōt colligi vtrūqꝫ.
Et ꝓpterea ꝯcludit neutrū hoꝝ eē ſimpl'r aſſerēdum in
doctrina Pla. qꝛ dicta ſunt hęc nō ſimpl'r/ꝛ vl'r. ꝓpter/
L ea ait/ꝙ ſermo dicēs inordinationē eſſe priorē ordina/
tione/nō eē ſimpl'r verū: neqꝫ ſermo dicēs ordinationē
eē priorē ordine. Et ita vult ꝙ in rebus ꝑticularib⁹ gña/
bilib⁹ aliqua inordinatio eſt ordinatiōe ꝑor. Uniuer v̾o
ōis ordinatio eſt prior inordinatiōe/velut poᵃ reſpectu
eiuſdē prior eſt actu. ſimpl'r v̾o actus eſt prior potētia.
❡ Deīde ſequit̃. Et abbreuiatio: vbi breuibus reſumit
ſol. Them. ad pᵐ: dicēs inordinatū accipi dupl'r ꝑuati/
ue/ꝛ poſitiue/poſitiue inordinatū eſt ſedi ordinis/ꝑua
tiue eſt mã: vt dictū eſt de informi/ꝛ non quali. Uoluit
igr̃ Plato mūdū fieri ex inordinato ꝑuatiue: qꝛ mã ca
rente ordine/qualitate/ꝛ forma. Ultimo Them. ꝓbat
hoc ex lib. Platonis: ꝛ quę dicit/oīa patēt. ❡ Deīde ſeq
tur illa pars. Nos autē dicimus: vbi Auer. ꝯdicit The/
miſtio ꝓbās defenſioneꝫ eē nullā. Primo/qꝛ Plato di/
xit elēta ante mūdum moueri motu inordinato. igitur
M per inordinatū non potuit itelligere priuationē: quia ſi
mouebant̃ motu inordinato/mouebant̃. Et ſi mouebā/
tur/illud inordinatū nō erat priuatio/cuꝫ motus nō ſit
ꝑuatio. ❡ Deinde ſequit̃. Cum enim. Ubi ponit ſcḋaꝫ
rōneꝫ ꝯtra expōnem Themiſtij. Naꝫ ſm̃ Plat. elemē
ta ante mūduꝫ mouebant̃ motu diuerſificato. igr̃ mo/
tu malo ꝛ inordinato nullum hñte terminū ad quem. ꝛ
per ꝯñs nō potuit itelligere priuationē: diuerſat⁹ enim
motus nō eſt priuatio. ❡ Deinde ſequit̃. Et nō eēt poſ/
ſibile. Ubi ponitur tertia ratio: quę talis eſt/ex verbis
Platonis habet̃ ꝙ elemēta in mūdi gñatione mouebā
tur ex inordinatione ad ordinē. igr̃ nō pōt itelligi per
inordinatū priuationem. ❡ Deinde ſequit̃. Et non di/
xiſſet. Ubi ponit quartam rationeꝫ/quę talis eſt: Plato
attribuit motui ordinationē ꝛ inordinationē. igitur cuꝫ
motus nō ſit pura priuatio: nō potuit per inordinatuꝫ
itelligere priuationē ſimpl'r. ❡ Deinde ſequit̃. Nomē N
enim priuatiuum. Ubi ponit quintā rationeꝫ: quę talis
eſt/priuatiuū dicit: aut diminutionē: aut corruptionem:
aut ablationem. Unde (vt medici dicūt) lęſio eſt: aut qꝛ
actio diminuta eſt: vt viſus qñ debiliter videt: aut quia
corrupta eſt: vt qñ videt phantaſmata: vt in ſcotomia:
aut qñ totaliter aufert̃: velut qñ cęcus efficit̃. Inordina
tum igr̃ trifariaꝫ erit: querit̃ igr̃ cum Plato dixit an/
te mūdi gñationem motū eſſe inordinatū: aut intellexit
per priuationē: ꝛ hoc nō: qꝛ ꝯcedit illa moueri: aut intel
lexit per diminutionē: ꝛ hoc minime: qꝛ tūc motus eoꝝ
fuiſſet debilis. modo debile eſt de gñe fortis: differunt
enim ſolū ſm̃ magis ꝛ minus: quę nō variāt ſpēm. igr̃
potuiſſent moueri fortiter. Quare remanet cum per in/
ordinatū motuꝫ intellexiſſe motū nō nālem. quare non
potuit intelligere priuationē. ❡ Deinde ſequit̃. Etiā ſi
cōfeſſi. Ubi oſtēdit/ꝙ nō potuit per inordinatuꝫ intel/
ligere primā mãm: nec ſm̃ Platonē: nec ſm̃ Ariſto. qꝛ O
ſm̃ Ari. materia mūdi ſunt quatuor elementa: nō enim
mūdus potuit habere mãm ꝓpriã: qꝛ caret ꝯtrario: nec
ſm̃ Platonē: quia Plato per mãm mūdi intellexit oīa
elemēta: ꝛ nō quędam: ex qbus fit mūdus: vt etiaꝫ Ari/
ſtoteles ait. Pręterea Plato nō percepit primaꝫ mate
riā. igitur per inordinatū nō potuit primā materiā in/
telligere. ❡ Deinde ſequit̃ illa pars cōmenti. Et nihil
